be. Tho.i.parte.q.cxi. que talis est. Diuina sapientia: vt dicit Dyo. de diui.no. coniungit fines priorum principijs secundorum ex quo pz q natura inferior in sui supremo attingitur a natura superiori: natura autem corporalis est infra naturam spiritualem. Inter omnes autẽ motus corporeos perfectior est motus localis vt probat philosophus in.viij. phisicorum ⁊ ideo natura corpalis nata est ⁊ apta moueri a natura spirituali ꝫm motum localem. Imaginatiua igitur potentia siue fantastica cũ sit sensitiua ⁊ affixa organo corporali: potest immutari per angelũ bonum. ⁊ hoc magis particulariter declarat idem be. Tho. in.q.cxi. arti.iij. vbi dicit q apparitiones imaginarie q̃ fiunt in fantasia causantur interdum a nobis ex locali mutatione corporali spirituum ⁊ humorum. Unde Aristo. in lib. de som. ⁊ vigi. assignans cãm apparitionis somniorꝝ. dicit qđ cum animal dormit descendẽte plurimo sanguine ad principium sensitiuum.i.a capite ad cor. sil descendunt motus.i.impressiones relicte ex sensibilibus motionibus que in spiritibus sensualibus conseruantur. ⁊ mouent principium sensitiuum, ita q fit quedam apparitio: ac si tunc principium sensitiuum a rebus ipsis exterioribus immutaretur. ⁊ tanta potest esse commotio spirituum ⁊ humorum: q huiusmodi apparitiones etiam vigilantibus fiũt sicut patet in freneticis ⁊ in alijs huiusmodi. Sicut ergo hoc fit per naturalem commotionem humorum. ita potest fieri per operationẽ angelorum. ex quo vt dictum est materia corporalis naturalr subest angelis quo ad motũ localem. ¶ Probatur hoc etiam auctoritate. dicitur enim Eccs.i. Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus ⁊ in circulos suos reuertitur. Quod exponitur a quibusdam de sole: q idcirco dicitur spiritus non q corpora celestia sint animata. sed quia vnitur eis angelus. Sicut motor mobili ad mouendum ipsum corp9 solare virtute sua. Dicitur autem reuerti in circulos suos. quia per eosdem gradus per quos ascendit per zodiacum per eosdem reuertitur seu retrocedit. Aug. etiam in lib. de tri. dicit q angeli adhibẽt se ad corporalia ad aliquos effectus producendos. sicut factum fuit p angelos malos de serpentibus de nouo formatis coram pharaone incantationibus magorum ꝫm expositione aliquorum: hoc autem fieri non potest nisi localiter mouendo. philosophi etiã posuerunt suprema corpora moueri localiter a spiritualibus substantijs.i.angelis. ¶ Ostenditur idem per exemplum: videlicet ex visionibus imaginarijs prophetarum eis factis i sõno vel vigilia ministerio bonorum angelorum.

Et in hmōi operatione seu transmutatiōe imaginationis sm. b. Tho. non imprimit angelus aliquā formā imaginariā que nullo modo prius sit per sensum accepta. non enim possz facere ꝙ cecus imaginetur colores: sed hoc facit causando motum localem spirituum ꝛ humoꝝ: vt dictū est. ex quo motu imaginatio informatur: vt actus fantasticus motus consurgat ab impressionibus interius conseruatis ꝛ prius acceptis a sensibus. Et cum angelus bonus causat aliquam imaginariam visionem. siue in homine vigilante: siue dormiente. quīꝙ simul illuminat intellectum: vt cognoscat talis. quid per hmōi similitudinez significetur. Sicut in Johe euāgelista de visionib' imaginarijs. vt habetur in Apoca. de libro clauso septem sigillis ꝛ apertione eorum. ꝛ de septem angelis tuba canentibus. quas habuit ꝛ intellexit ministerio angelorum vigilans. Unde dicit ipse in. j. c. Significauit deus q oportet fieri cito loquens per angelum suum seruo suo Johanni. Et Joseph dormienti apparuit angelus ꝛ illuminauit eum. monendo de translatione pueri Jesu in egyptum. Matthei. ij. Quīꝙ vero per operationem angeli boni solummodo similitudines rerum apparent in imaginatione absꝙ alia illuminatione intellectus ad intelligendum quid significet. nec tamen fit deceptio per eos. sed hoc contingit ex defectu intellect' eius cui apparent. sicut accidit in somno Pharaonis d̄ septē spicis ꝛ de septem vac-
Gen. 41 cis varijs: significantibus septem annos fertilitatis: ꝛ alios septem sterilitatis: quod tamē ipse non intellexit: sed Joseph.

Operatur etiā angelus .§. v.

Diabolus operat' circa fantasiam hois. malus. i. dyabolus circa fantasiam hominis: sed ad decipiendum. Quod declaratur naturali ratione canonis auctē: ꝛ experimentorum multiplicitate. Primuz sic declaratur. corpa naturaliter subduntur ꝛ obediunt nature angelice ꝗtum ad motum localem. Angeli autē mali etiam si amiserint grām: non tn̄ virtutez naturalem. Cum autem potentia fantastica siue imaginatiua sit corporalis. i. affixa organo corporeo. naturaliter subditur etiam angelis malis vt possint eam transmutare: causando varias fantasias ex descensione humorum et spirituum ad principium sensitiuum procurata ab eis. ¶ Patet ꝛ hoc ex canone: dicitur etiam. xvj. q. v. c. Episcopi. Illud nō est omittendum ꝙ quedam scelerate mulieres post sathan retro conuerse. demonum illusionibus ꝛ fantasmatibus seducte credunt se: ꝛ profitentur cum Dyana nocturnis horis dea paganorum. vel cum herodiade: vel cum innumera multitudine mulierum equitare super quasdā bestias. ꝛ multa terrarum spacia in tempeste noctis silentio ptransire. Et infra. Quapropter sacerdotes omni instātia predicare debēt populo dei: vt nouerint oino hec falsa esse. ꝛ nō a diuino sed maligno spiritu talia fantasmata mētibus fidelium irrigari. Siquidem ipse sathanas transformat se in diuersarū personarum spēs atꝙ similitudines: ꝛ mentē quā captiuant in somnijs deludēs p deuia queꝙ deducit. hec ibi. ꝛ in. c. Nimiruz. ea. q. Aug' narrat ꝙ in libris gentilium legitur de quadaz maga dicta Circe: ꝙ socios Ulyxis mutauit in bestias. ꝙ magico prestigio potius fingebat ꝗ̄ in rerū veritate cōpleret alterando fantasias hoium. ¶ Patet hoc etiā p plura exempla. Legitur enim in vitaspatrū ꝙ quedā iuuencula q2 assentire noluit cuidā iuueni de turpitudine eā sollicitanti. ipse iuuenis turbat' ex hoc a quodā iudeo pcurauit maleficiuz fieri ꝯtra illā. Quo pacto mulier ꝯuersa est i equā: que ꝯuersio nō fuit sm rei veritatē. sed sm ludificationē demonis imutātis fantasiā ꝛ sensum ipsius mulieris: ꝛ aspicientiū eā vt videret equa que erat vere mulier. Un̄ ducta ad btm̄ Macharium nō potuit diabolus ita operari ꝙ illuderet sensus eius sicut alioꝝ ꝑpter suaz sanctitatē. Naz sibi videbatur mulier vera non equa. cuius tandē oꝛone liberata est ab illa illusione dicēs hoc sibi accidisse: q2 nō vacabat diuinis. nec frequētabat sacra vt decebat. idō diabolus ptātem habuerat sup eā: ꝛ si alś eēt honesta. Pōt igitur diabolus p cōmotionē interiorem spirituum ꝛ humoꝝ operari: ad immutandum actum ꝛ potentiam nutritiue ꝛ sensitiue ꝛ appetitiue: ꝛ cuiuscūꝙ potentie corporalis organo vtentis sm be. Tho. in parte. j. q. cxj. Sicut credi potest fuisse gestū per Symonem magum in incantationibus suis que de eo narrantur: sed nil hoꝝ pōt diabolus facere nisi deo pmittente: qui cum angelis suis bonis frequēter reprimit maliciam eius: decipere nos ꝛ nocere querentis. Un̄ dicit Ugo loquens de maleficis. Hi sunt qui pmissa dei clemētia cōcutiunt. hoium mentes pturbāt minus ꝯfidentiū in deo. xxvi. q. v. Nec mirꝫ. hoꝝ etiā opatione p maleficaz artem fit quīꝙ vt vir nō possit videre vxorem ꝛ ecōuerso. Et hoc p immutationē fantasie. representādo ei talē vt rem odibilē ꝛ horribilē. Ipse etiā diabolus vigilantibus ꝛ dormientibus suggerit representationes turpium fantasie ad decipiendum ꝛ inducendam ad malum. Uerum quia peccatū non consistit in imaginatione: sed in volūtate. ideo ex huiusmodi fantasijs per diabolum suggestis ꝛ alterationib' varijs hō nō

Diabolus pōt in cunctas potētias organicas.

peccat: nisi volūtate ppa alicui malo assētiat.

¶ Homo etiam per semet .§.vi.

ipsum causat mutationem fantasie. formando
Homo fantasmata per imaginationes ex acceptis a
sibi ipsi sensibus. et quādoqz qdē p voluntatē suā volunta-
immu- rie. s. imaginando que prius senserat: et hoc si-
tat fan- ne de bonis siue de mal. ¶ Aliqz fiunt et cau-
tasiam sant imaginationes per cōmotiones humorū
procedentium ex infirmitate manica vel me-
lancolica. Et sm Auicen. et Alb. Manica pas-
sio ledit organum fantasie: vñ diminuit ima-
ginationem. Melancolica vero passio diminu-
it iudicium rationis. Unde refert ipse de quo-
dā manico: q cum fugeret prem et pater eum
secutus fuisset: conuersus ad patrem percussit
eum. cui pater cum diceret. Fili quare verbe-
ras patrem. Ibi o ille plorans: cecidit ad pe-
des patris et veniam petijt. et sic in ipso fuit lesa
imaginatio: quia non cognouit patrem suuz.
Ratio vero non fuit lesa. quia sciuit q nō de-
buit verberare patrem. Et quia in manicis et
melancolicis fit immutatio sensus: ideo ma-
nicorum quidam plangunt. alij saltant: alij
stultissima quasi verissima opinantur: vnde ti-
ment se tangi ne rumpantur. credunt se nō ha-
bere caput. ranas in ventre portare. demones
videre aut habere. Melancolicorum autē qui-
dam pigricias habentes et grauedinem aiunt
sollicitudinez et obscuritatem et ab omnibus re-
motionem: immo omnibus melancolicis que-
dam sunt vniuersalia et sempiterna. sicut tristi-
cia timor de re non habenda certificatio terri-
bilis rei et timorose sensus rei que non est. Itē
melancolici tristantur. timent. angustiantur.
suspiciosi sunt. multum dormiunt iacent in mo-
numentis. quidam multum comedunt. et si sibi
retrahantur omnibus diebus desperant. Et
istis omnibus proprium est q sunt medicine
desiderantissimi. Et hec omnia procedunt p
immutationem fantasie organo leso propter
dictas infirmitates. Causantur autem tā ma-
nica qz melancolia ex melancolicis cibis. ex
tristitia et timore. aut retentiōe sanguinis fiue-
re consueti. aut ex nimia cerebri infrigidatio-
ne et desiccatione. aut ex corrupto semine in vi-
ris. aut menstruo sanguine in feminis. Cau-
santur etiam ex inordinatis vigilijs. ieiunio. stu-
dio. sollicitudie ac cogitatiōe profunda. et qui-
dam in prefatis infirmitatibus in defectu lu-
ne plus laborant. In somno etiā fantasia mul-
tipliciter immutatur per varias apparitiones
contingentes dormientibus. in quibus tamē
de bonis vel de malis existentibus homo nō
peccat: quia videlicet vsus liberi arbitrij sm
b. Tho. in. iiij. sopitus est et ligatus: in quo con-
sistit meritum vel demeritum.

¶ De somnijs quo ad varias causas et modos eorum. Capitulum. vij.

Et quia in potentia fanta-
sie sunt somnia dormientibus. id-
circo de somnijs aliqua sunt vidē- Diffini
da. Et primo eius diffinitionem tio so-
phs autē. ij. lib. de som. et vigi. sic nij.
diffinit. Somnium est fantasma factū a mo-
tu simulacrorum. i. similitudinū sensibiliū i dormiēte
sm q dormit: et circa hoc possumus considerare
tria: vz. eorum ortum: effectum et peccatum.

¶ Quantum ad primum .§.i.

Somnia vnde oriantur et que sit causa somnio- de ortu
rum. Et quis Grec. in libro mora. ac etiā dya- sōniorum.
logorum assignet sex causas videlicet ex ni-
mia ventris repletione. ex multa capitis exina-
nitione: ex demonis illusione: ex diui reuela-
tione. ex hominis multa occupatione circa ali-
quid et precogitatione et ex his cogitatione sil
et reuelatione. De quo vltimo ponit exemplū
de somno Nabuchodonosor habito de statua
composita ex quatuor generibus metallorum
designātes quatuor successiuas monarchias
mundi vt habetur Dan. ij. cepit enim cogita-
re de successore in regno anteqz somnium il-
lud haberet qd fuit ex diuina reuelatiōe put ipse
Daniel exposuit. Sz dñs Jo. dñici cardi. i li.
libri sui quē appellauit luculā noctis extēdens
māiā, decē et nouē cās assignat. Et pmo cōce-
ptui aut natiuitati pdominās signū celeste nō Decē et
īfimā cāz sōniorum pōit. et ita nat' sub mercurio i nouem
geminis extīte sōnia futurorum pīcia nō ignorat sūt cāe
Scdo celorum istorum' i sensus iteriores rōni sōno sōniorum
sopite corpeos agēs q pducitur' ē freqnt dmō-
strat hoc pharao cū vaccis suis p exēplo ponatur.
Tertio cōplexionū varietas diuersa visa pducē
sīgulis. s. circa ignē colera volat' p aerē dicis me- Gen. 41
lācolia reg tenēda: sz flegma circa terrestria
dlat. Quarto pugt mixti mutuo i mēorie archa
suati zcept' et qz fātasma huc ab illo discerneret
neqz tēp desinit i pisce mlier formosa supne.
Quito tpis qlitates cerebrum imitatā illo eua-
nescēte euanescit iuisa. sic apud Virgiliū folijs
arborum autūno labētib' sic ad īfernū somni pa-
rentem animarum concursus. in eo libro vbi
totius philosophie rimantur archana. Sexto
locorum diuersitas suis vaporibus corpore nu-
dis cellulas capitis ambit. suas sibi proprie-
tates relinquit quas non sentit vigil maiorib'
occupatus. Septimo qdā relique velut exuuie
ex exercitijs in vigilijs potētijs vitalib' adhe-
rent impresse: que corpore a labore cessante
laborare non cessant. Octauo plerunqz fanta-

sta a ceteris curis soluta cudit casu ventura:
sicut platoni cogitanti de sorte: sortes occur
rit. Nono personarum reuerentia apud non-
nullos meretur secundis causis limpidius vi
sitari. cui membro redduntur cignus socrati
loco platonis oblatus captiuitas ꝛ mortis po
tio platoni monstrata. Octauia. august. pre-
sentia impugna futura casus hostis Scipio-
ni pene militi reuelate. Enee. italica sedes ꝛ
hanibali a ioue direct⁹ iuuenis scõs oñsa. De-
cimo sensus cupido addit ad idem. Nã mens
hũana quod optat. dum vigilat sperat: ꝑ som
nium cernit idipm. Undecimo necessitas co
git viris quasi imperãdo vitales exeq sui cor-
poris curas q̃s illud neqt exercere sopitus. ita
famelicus vacuo stomacho mandit. Duodeci
mo aia suis disciplis soporatis speculans sibi
soli rimaŧ archana. quib⁹ maiori desiderio fra
grat. discitq; somno prius sepe negata. In his
scolis nocturnis vt meminit Aug. quidã capi
tam questionẽ fuit edoctus. puto ibi doctorum
statuisse iam nõ vltra negare que petierat se
pe discipulus importũe. Tredecimo. sic dispo
sitio dormientis membroꝝ: aut accidẽtia am
bientia illa varias: ꝭ correspondentes imagines
format. sic ephialtes putat se premi põdere ni
gis: ꝛ pes nudus ꝛ algẽs niues calcat vel lim
phas. Decimoq̃rto est cibi ꝗ pses suis vapori-
bus supiora contẽdũt vana inde formãtes vt
porri cum mistis. Decimoqnto morbi predo-
minantes in corpore ergo. dũ similia gliscunt
ꝑ somnia sese perito medico pandũt. Decimo
sexto: si te linies vpupe sanguine. demones in
somnis tibi infestos videb. Decimoseptio fami
liares spũs conciliatini mortalis amoris. ami
co produũt apud Ualeriũ infelices casus ama
ti. cuius generis visiones nõ paucas posses ve
re notari diebus nris ostensas. Decimooctauo ꝑ
demonũ artes plurime ludificationes fiũt in
somnis. vñ Apuleius his oia somnia reddat.
Decimonono repletio ventris nimia. ex cibis
famositatib⁹ ad cerebꝝ descendentib⁹. vl etiã
exinanitio capitis ꝛ nimia abstinentia mltos
somniare facit fm Gre. vt dictũ est. s. Tandẽ
ex diuina reuelatione in somnis facta multa
futura manifesta sũt bonis ꝛ malis. vt pꝫ in Ja
cob cum vidit scalã i somnis. ꝛ Joseph cũ di
xit fribus suis: audite somniũ quod vidi de ma
nipulis ꝛ stellis. Scio hominem nõdũ defun
Gene. xxviij. ctum in somnis vidisse notoriã aias purgato
rii penis detentas. quarum tormenta varia ꝛ
Gene. xxvij. horrenda describit. Hec omnia ille.

De effectu somniorũ. ¶ Quantum ad scðm sci- §. ij.
licet effectum sciendum ꝙ somnia futurorum
euentuũ quedã sunt causa, quedã signa, quedã nec
causa nec signa. sꝫ ꝑ accñs casuale. ¶ Et pri-
mo qdem sunt somnia causa futuroꝝ euentu-
um: vt cũ mẽs alicuius ex his que vidit in som
nis inducitur ad aliqd faciendũ vel vitandũ.
tunc enim tale somniũ est causa vel occasio fa
ciẽdi vel vitãdi aliqd. Nã cã est ad quã sequiŧ
effect⁹ sicut dicimus ꝙ iterpositio iter nostrũ
visum ꝛ lunam est causa eclipsis lune. ꝛ inter-
positio lune inter visum nostrũ ꝛ solem est cau
sa eclipsis. Et sicut putrefactio humoris est
causa febris: sic etiã quedam somnia sunt que
causant ꝛ inducunt nos ad aliquem effectum
exeqũdũ malũ vel bonũ. Sicut somniũ pha
raonis de vaccis ꝛ spicis iterpratũ a Joseph Gene. xli.
fuit cã inductiua ad ꝯgregãdũ triticũ multũ
ad ꝓuidendũ future penurie. Et qr ipse satha
nas trãsfigurat se in angelũ lucis. idõ cauẽdum
ne qs sub specie ꝛ credulitate diuine reuelatio
nis sibi facte ꝛ demonis illusione inducaŧ ad
aliqd faciẽdũ. Sicut legiŧ in scða collatione
abbatis moysi de quodã qui freqũter illusus
a diabolo sub specie bonoꝝ angeloꝝ sibi in so
mnis apparẽtiũ: tandẽ ei⁹ ex mãdato sed exhor
tatione quẽ credidit xpm. piecit se in puteũ.
Et de alio qui simili illusione seipm circunci
dit. Et de quodã alio qui ꝓpriũ filium more
abrae iterficere voluit. ¶ Scðo somnia quedã
sunt signa aliquoꝝ futuroꝝ euẽtuũ: inquãtum
scꝫ reducunŧ in aliquã cãm cõem somnijs ꝛ fu
turis euẽtib⁹. Et fm hoc plurime recognitio
nes futuroꝝ ex somnijs fiunt tanq̃ ex signis.
Signũ aũt vocaŧ qð designat aliqd: lꝫ nõ sit
cã ipsius: vt ibi gsa. Asperitas lingue signum
est febris: vel amaritudo lingue ꝛ somniũ de
gustu fellis: signũ est febris instãtis. Uñ qdã
somnia sunt que sunt signa eoꝝ q̃ accidũt cir-
ca corpus. qð ꝓbat Gallienus ꝑ exẽplum tale.
s. ꝙ qdã somniauit sibi fundi in ventrẽ picẽ ar
dentẽ: ꝛ estuare in igne picis: eo ꝙ colerã adu
stã nigrã ꝛ incẽsam habuit in vẽtre: ꝛ hãc cũ
surrexit a somno emisit ꝛ plene liberatus fuit.
Ponit aliud exẽpliũ. s. ꝙ qdã dolẽs splenem: se
pe ꝯtulit ꝛ ordiauit qd faceret. vñ sibi contrã
hmõi defectũ medicareŧ. Et somniauit ꝙ mi
nueret se sup manũ inter duos digitos. s. au-
ricularẽ ꝛ anularẽ. ꝛ cum euigilaret sic fecit ꝛ
ꝯualuit. ꝛ sic somniũ fuit sibi ꝑncipiũ operis.
qð in vigilia sequẽti fecit. Uñ ꝛ medici dicũt
ꝙ opꝫ valde somnijs attẽdere ad cognoscẽdũ
cãs egritudinũ. ¶ Tertio dico ꝙ somnia quedã
nec sunt signa nec cã futuroꝝ euẽtuũ sꝫ ca-
sualia. Uñ hmõi somnia ꝑ accñs se hñt ad fu
turos euẽt⁹. Et si quãq; sibi occurrãt: erit somniũ
casuale. i. a casu. vbi gsa. Si aliquo ãbulante
ꝯtigit casu ꝛ fortuna eclipsare solẽ. ãbulatio
illi⁹: nec signũ nec cã ẽ eclipsatiõis: nec ex vi so

defect⁹ sollo est cā vel signū ambulādi:ꝛ nil ta
liū sit semp vel frequēter sed raro valde ꝛ incer
te. Sic a sili ꝙ aliqꝫ de aliquo bello futuro sō
niet ꝛ postea eueniet euēt⁹ illius belli hoc erit
a cāu per accñs.ꝛ nō ideo euenit ꝙ somniū cā
vel signū fuerit euēt⁹ belli. Hec pħs de som.ꝛ
vigi. Et Alb. in cōmē. sup ipm librū. ¶ Scien

Aliqb⁹ somnia accidūt ꝛ aliqbus nō

dū etiā ꝙ qdā sunt qbus nō accidit somniū in
tota vita sua. qdā vō sunt qb⁹ cū dormiūt sem
per accidit somniū. qdā vō qb⁹ accidit in sene-
ctute ꝛ nō accidit in iuuētute. Et ratio primi
est. qꝛ multa euaporatio ascēdens ad superiorē lo
cū que iterꝫ lata deorsum facit multū motū.
ꝛ qbuscūqꝫ tale ꝯtingit. nullū apparet fantas-
ma: qꝛ magno motu delet⁹ et illi qui pfundo
ꝛ graui somno dormiūt oppssi ꝙ autē aliq alij
multū somniāt ꝛ ꝯtinuo somniorꝫ suorꝫ patiū-
tur obliuionē. hui⁹ ratio est. qꝛ mot⁹ fortiores
aliq excludūt pceptionē imaginū apparētium
in sōnis. Et ideo qui ꝯtinue post somnū forti-
ter mouent⁹ corpore. pcipue si somnum in fine
somni videāt oīno sōniorꝫ obliuiscunt⁹. Et no.
ꝙ similitudines fantasmatū que in somnio ac
cidūt sunt similes illis idolis vel dissimilitu-
dinibus que sunt in aqua. In aqua autem si
multus fiat motus. tunc vel nulla figura ibi
apparet. vel apparet inordinate ꝛ distorte. vt
pꝫ in eo qui respicit in aquā multū motā: sed
post cōmotionē cum fuerit qetata hui⁹ figure
clare respiciunt⁹. Ratio tertij est. s. ꝙ aliq in se-
nectute somniāt non in iuuētute. pp̄ter muta
tionē aliquā factā circa etatē vel passionē. Ex
eo. n. ꝙ senes mutant⁹ per calorē ꝛ humiditatē
nō est incōuenientēs si mutet⁹ accñs somnij corꝫ.

Sōnium sic nec meritū est nec peccatuꝫ.

¶ Quantum ad tertium §.iij.

pncipale sciēdū ꝙ in somnijs siue apparitiōib⁹
sōniorꝫ siue de boni. siue de malis: nullꝫ est
ibi pctm: cū vius rōnis sit ligatuꝫ per somniū:
nec est meritū. sed pōt ibi eē signū pcedētis me
riti vel pcti. Nec obstat ꝙ salomō petēs sapiaꝫ
dari in somnijs meruit exauditōēꝫ. tale. n. me
ritū nō acqsiuit in somno illo. sed ex pcedenti
in vigilia desiderio. cui⁹ desiderij signuꝫ illud
somniū fuit iij. Reg. iij. Et ad hoc facit qd̄ ait
Aug. sup Gen. de bonis. ꝙ pp̄ter affectionē a
se bonā qdā corꝫ clarēt merita in sōnijs tanꝙ
signa. Unde ꝛ ps. lxxv. Reliqe cogitationū di
em festū agēt tibi. Dicunt⁹ aūt reliqe cogitatio
nū ille silitudines que remanēt in fantasia ex
cogitatiōib⁹ habitis que festū agūt dño: dum
vꝫ somniāt virtuosi lete ꝛ festine dño deseruire.
Silr nō obstat qd̄ dī in veteri lege. s. ꝙ pollu-
tus nocturno sōnio ingredi nō valebat tēplū
vsqꝫ ad vesperā: ꝛ nisi pus lot⁹ Leuit. xxv. Hoc
enim in figurā fuit, nō ꝙ in tali illusīdicia etiā
cum turpi imaginatiōe pctm sit. qd̄ significat
sm Grego. ꝙ qui tētat⁹ immūdiciā verus ima
ginib⁹ in cogitatiōe inquinat⁹. lauādus est pus.
aqua pnie ꝙ ad tēplū. i. ecclīā merito ꝛ grā re
uertat⁹. ꝛ nisi pus ignis tētatiōis recesserit rep
qsi vsqꝫ ad vesperā qn̄ occūbit sol. ꝛ per ꝯpūs de
ficit calor ei⁹ se ex ecclīā fore cognoscat. vt dī
dist. vj. testm. Pōt tn̄ eē pctm ante vel postea
circa māꝫ somnij. Antea qdē puta siqs multū
cogitat ꝛ mentē reuoluit ad aliqd̄ pctm malū
qd̄ optat. vt furtū homicidiū fornicationē. qd̄
postea dormiēs sōniat ppetrare. In sōnio qdē
nō peccauit sꝫ ante in vigilia ex mala cogita-
tiōe. Un̄ Isid. Nō est pctm qn̄ nolētes imagi-
nib⁹ nocturnis illudimur. Sed tūc est pctm si
anteꝙ illudamur cogitatiōes affectib⁹ pueni
mur dī. vj. c. nō est. Post somnū vō ꝛ vigilādo
pōt pctm ꝯtingē indirectū. s. aliqs volūtarie dele
ctaret⁹ sup re mala sōniata. vel indirectū tpꝰ amit
teret in recogitādo studiose que somniauit. vl̄
ex eo ꝙ somnijs nimiā fidē pstat. Sed vt dicit
Gre. Cū multe ꝛ varie sint cause sōniorꝫ vel su
pradictū est ꝛ difficile sit cām somnij ꝯtingētis
certe cognoscē: nisi fuerūt ex dei reuelatione.
ideo parꝫ vel nihil fidei dꝫ ipsis adhiberi firmi
ter. Nā per hꝰ diabolus multiplr decipit hoies
Unde narrat Greg. ii. moral. ꝙ cuꝫ qdā assue
to fidē somnijs adhibē: litimatū fuisset in sōnis
ex diaboli illusione ꝙ multuꝫ adhuc deberet
viuē. exposuit se totū auaritie p phas ꝛ nephas
vt posset sibi in lōginquū puidē: subita morte
puēt⁹ est. Et in vitaspatruꝫ pdicatorꝫ narrat⁹: ꝙ
cū qdā pposuisset religionē ingredi ꝛ de exitu
timeret. somniauit se in religionē ingressuꝫ: et
exinde egressuꝫ qd̄ credēs sic debē sibi ꝯtingē
ppositū dimisit religionis. Sꝫ magro Jorda
no pdicāte circa hmōi deceptiōes ppositū re-
sumpsit: ꝛ religionē intrauit ac pseuerauit. Un
de ad ipa ꝯtēnēda scriptura nos admonet dī.
Ubi multa sōnia ibi plurime vanitates Eccīs
v. ꝛ alibi. Somnia extollūt imprudētes. s. in su
perbiā. Eccl. xxxiiij. ꝛ in. e. c. dī. Multos erra
re fecerūt somnia falsum. s. pro vero credētes.
Ratio aūt falsitatis in somnijs ꝛ deceptionis
pueniti ex eo ꝙ forma sensu accepta decipitur
vt res ipa. Causa aūt huius in cōi vna est. vꝫ qꝛ
aīa nō iudicat sm eādeꝫ potētiā id qd̄ est pnci
pale sicut res. ꝛ id qd̄ est secūdariū. i. id qd̄ fue
rit fantasma. pᵐ enim. s. res aīa iudicat rōne.
sm vō aīa iudicat nō sensu ꝓprio qꝛ circa ppa
sensibilia nunꝙ decipit⁹. immo semp est verus
eo ꝙ de ꝓprio sensibili semp iudicat ꝛ enūciat
id qd̄ est: sed sensu cōi vel estimatione: imagi-
natione seu fantasia: qd̄ ꝓbo per talē exēplum.
qꝛ sm id quo fantasmata fiunt. i. sm motū vel
iudicium factuꝫ a sensu pprio. puta a sensu vi-

tus. sol videt esse monopedalis. i. vni⁹ pedis. ⁊ hoc ꝑpter distātiā inter solē ⁊ oculū. Sed alia pars aīe que est in sciētibus. s. ratio ꝯdicit ad fantasiā ⁊ dicit solem maiorē esse tota terra.

ti. xi cap. iij. ¶ De supstitiōe aūt seu diuinatione per sōnia hēs in parte. ij. titu. xij. c. j. Et de pollutiōe in

§. x. xi. somnis. habes in. iij. parte.

¶ Et q̄ somnia contin- .§. iiij.

gūt in somno aliq̄ breuiter de somno dicēdo.

Ps. 75. de quo ps. Dormierūt somnū suū ⁊ nihil inue nerunt oēs viri diuitiaꝝ in manib⁹ suis. Et lo quit de pctōribus quoꝝ vita somno assīlat. q̄ vā bona pñtia tanq̄ vera ⁊ ꝑmanētia diligūt: ⁊ in eis delectant morte: que q̄citi⁹ supuenit talib⁹ sic vidēt priuari ⁊ nil meriti in manibus suis. i. opib⁹ repiūt. Et hoc siue sint diuites in tpalibus siue sint viri diuitiarū. i. plenicopijs pctōꝝ. siue viri diuitiaꝝ sapiētialiū nisi cū eis sit gr̄a xp̄i. ¶ Est aūt triplex somnus: seu som nus significat moraliter loquendo tria in sa cra scriptura.

triplex est som nus. ¶ Primo pigritationem criminalem.

¶ Secundo contemplationem supernalem.

¶ Tertio migrationem mortalem.

Et pmū docet nos apl's ꝓpulsare di. Hora est iam nos de somno surgē. Ad Ro. xiij. Scōm docet nos xp̄s pcurare di. Dormite iaz ⁊ reqe scite. Matth. xxvj. Tertiū docet nos apl's tole rare di. Nolo vos ignorare de dormiētib⁹: vt nō ꝯtristemini ⁊c. j. Ad Thes. iiij. ¶ Quantū

Sōn⁹ signifi cat pi gritiā: vel ne gli. ad primū sciēdum q̄ somnus significat pigri tiā ⁊ negligētiaz ꝑpter sīlitudinē causalitatis. ociositatis: ⁊ vana imaginabilitatis. Causatur etiā somnus ex humiditate capitis ascēdenti bus vaporibus a stomacho ad cerebrū. Unde pueri ⁊ flegmatici: q̄ multuz abūdant in hu miditate multū dormiūt. Sic spūaliter ex hu miditate. i. affectu inordinato terrenorū. cau satur pigritia ⁊ negligētia que multū pericu losa est. ꝑpter qđ parabolice dic̄ Math. xiij. q̄ cum dormirēt hoies venit inimicus ⁊ super seminauit zizania in medio tritici seminati. Cum enim dormiūt pigritia ⁊ negligētia siue prelati erga subditos. siue subditi. erga seipos supseminat diabolus superueniēs zizania scā daloꝝ erroꝝ ⁊ vitioꝝ in ecclesia vel in cordi bus fideliū: vbi prius erat satū a deo semē vir tutū. Unde Salo. ab hoc somno pigritie exci tans dicit. Usq̄quo piger dormis. quādo cō surges a somno tuo: paululū dormies: paulu luz dormitabis. ⁊ veniet tibi egestas quasi via tor Prouerb. vj. ¶ Assimilat etiā pigritia som no: q̄ sicut dormiēs nil opat. ita ⁊ piger ocio

Psal's. cxviij. sus manet. ⁊ nil boni facē vult. Unde ps. Dor mitauit aīa mea pre tedio. i. nil boni operādo. Dormiens insup vana multa imaginatur. sic ⁊ piger ⁊ negligēs plenus est cogitationibus et desiderijs malis. Unde Prouer. xxi. dicit. De sideria. s. mala occidunt pigrū spūaliter ab eo auferēdo deuotionē ⁊ gratiā. A quo sōno exci tat apostolus di. Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis ⁊ illuminabit te christus. ¶ Quātū ad Eph v.

ad scōm dico q̄ somnus aliq̄n significat contē plationē. Unde Can. v. dicit aīa ꝯtēplatiua. ego dormio ⁊ cor meum vigilat. ⁊ hoc signifi cat ꝑpter sīlitudinē sensualis clausionis. Cor poralis refrigerationis. Tēporalis determina tionis. Clarū est eniz q̄ cum hō dormit tenet sensus exteriores clausos. q̄ nec videt nec au dit nec gustat nec odorat. Sic ꝯtēplans sen sus claudit ad ista terrena. quia distrahere ha bēt animū a subtili ⁊ fixa ꝯsideratione. Unde Sōn⁹ signifi cat cō tēplati onem.


ps. Si dedero somnū oculis meis. i. sensibus ps. cxxxi. exterioribus: ⁊ palpebris meis dormitationē idest curiosis inq̄sitionib⁹: que tanq̄ palpebre oculos intellectus cooperiūt. ⁊ requiē tēpori bus meis: idest affectib⁹ carnalibus. sic inue niam locū dño per gratie inhabitationē. Refi cit etiā somnus mirabiliter cōfortat ⁊ nutrit: nō minus q̄ cibus vt docet experiētia. Fugat etiā tristiciā sm̄ Aug^m. Delectamēto somni. cōueniētis nutritus sum. Saplē. vij. Sic ⁊ cō tēplatio sup oīa recreat nutrit ⁊ fortificat ani mā. ꝑpter qđ dicit spūs. s. alloquēs electos se inferiores de anima cōtēplatiua. Adiuro vos filie hierusalem per capreas: hynnulosq̄ ⁊ cer uos campoꝝ: vt nō euigiletis nec suscitare fa ciatis dilectaz donec ipsa velit. Canticoꝝ. ij. Loqtur autē spūs per occultum instinctū. ad iurat per internam exhortationē ⁊ monitionē. filias hierusalē. idest aīas fideles per capreas hynnulosq̄ ceruoꝝ. per merita ⁊ exēpla sancto rū qui capree dicunt ꝑpter velocem cursum. s. feruoris ad diuina. actuū visum. s. cognitiōis ad spūalia. leuem pastū vt herbarū. ꝑpter ab stinentiā circa cibaria. hynnuli dicūtur: idest parui cerui. ꝑpter longeuitatē perseuerātie. Cerui enim diutissime viuūt ꝑpter supportabi litatē beniuolētie. Ceruis enim gregatim am bulātibus vnū ponit caput sup dorsum alteri us. Et hoc docētes illud ad Gal. vi. Alter al terius onera portate. Delectātur ⁊ hynnuli in spicere humanā faciem. qđ designat in electi humanitatis benignitatē: vt nō suscitetis: scz a somno ꝯtēplationis: nec euigilare faciatis: scilz ad ista mūdana tractanda. Sōnus quoq̄ in infirmus cum debite sumit̄ signuz magnū est future sanationis. Unde dixerūt discipuli de Lazaro. Dñe si dormit saluus erit. Joā. xi. Infirmi oēs sumus in vita presenti. spūaliter ꝑpetua autez sanatio ⁊ saluatio in supna glo-

ria. Huius aūt sperāde pfecte salutis est actus debite contēplationis.iam enim inchoare incipit statum futurum. Tēpus autē cōueniens cōmunis dormitionis fm medicos est tēpus septez horarū. Sic in septem horis varijs qui bus christus instituit p̄ssionē. debet qs dormire.i.attente meditari christi multiplicez afflictionem. Decet etiā contēplari ꝛ maximaz bona nobis in patria reseruata.vt roboremur cōtra aduersa. Et de hoc somno contēplationis pulchram habemus figuram Gen̄.xxviij. Quādo iacob dimissa domo paterna peregre cōstitutus illuz a lapide capiti supposito.dormiens vidit scalā de celo attingentē: ꝛ angelos ascendētes per eam descēdētes ꝛ dn̄m scale innixū eum benedicentē. Jacob siquidē interpretaꝰ luctator siue supplātans.ꝛ significat eum qui vitia supplātat eis dn̄ans.parētes deserit eum affectū propinquorū vt pegrinus in hac vita transit. Caput mētis lapidi supponit christo se conformādo ꝛ clausis sensibus ad exteriora cōtēplatur scalam diuini cōsensus ad patriam.ꝛ demū a dn̄o benedictionez eternā recipit. De hac igitur dormitiōe potest illud exponi. Lazarus amicus noster dormit. Joh. xj.ferie sexta quarte hebdomade in.xl. Et illud aliud. Non est mortua puella sed dormit

Sōnus significat mortē. Matth.ix. ¶ Quātum ad tertium dico q̄ dormitio significat mortem corporalē. Unde in libris Reg.cum narratur de morte ipsoruz dicit dormiuit cum patribus suis. Designat aūt hoc propter trinam similitudinē. ¶ Primo q2 sicut qui vadit dormitū post somnum per aliquod tēpus exurgit.ita qui moritur post tempus a deo prefixuz resurget in nouissimo die. Unde dicit Dan̄.xij.qui in puluere terre dormiunt surgēt. ¶ Secūdo q2 fm dispositionez qua quis capit somnū: scilz infirmitatis vel sanitatis varia videt in dormitione. Nam infirmus horribilia cernit sanus ꝛ quietus.suauia intuetur. Et a dormitione quidem surgēs infirmus totum se repperit fractuz ꝛ debilitatū. sanus autem roboratum ꝛ confortatuz.sic spiritualiter qui capit somnuz mortis in infirmitate peccati mortalis videt horrenda ꝛ panē da in gehēna ignis. Qui autem gratia sanus assumit somnū mortis bene purgatus vidit leta ꝛ iocunda superne patrie. Et demum in vltima resurrectione confractior reperieꝰ peccator.ꝛ robustior ꝛ felicior iustus. Unde apostolus. Omnes quidem resurgemus sed non omnes imutabimur.

j.Cori.xv. ¶ Tertio ex eo q̄ sicut somnus arripit aliquando hominem expirato et contra suum velle.ita ꝛ mors hominem interemit cum non speratur. Nescit enim homo finem suum. Eccl̄s.ix. Et hoc quo ad tertium.

¶ Capitm.viij. De estimatiua ꝛ cogitationib⁹.



Sequitur de potētia estimatiua que etiam cōmunis est nobis ꝛ brutis. Et in nobis quidem dicitur cogitatiua. Unde ꝛ hic d̄ cogitationibus inseremus. Est autem potentia estimatiua: ordinatiua ad deprehēdendū intentiones que per sensum non accipiuntur fm be. Tho.in prima parte.q.lxxviij. Necessarium est enim animali vt querat aliqua vel fugiat.non solum quia sunt ꝯuenientia vel non conuenientia.ad sentiēdum.ad quod ordinatur sensus cōmunis ꝛ particularis exterior.s; etiam est necessarium vt querat aliqua vel fugiat propter aliquas alias cōmoditates ꝛ vtilitates consequendas.vel nocumēta vitando sicut ouis videns lupum: fugit.non illaz indecentiam coloris. sed quasi inimicum nature. ꝛ auis colligit paleam: non quia delectat sensum.sed q2 est vtilis ad nidificādum. Ad huiusmodi igitur intentiones apprehendēdum. ordinatur estimatiua sicut ꝛ memoria ad eas conseruādum: ꝛ est cōmunis ista potentia nobis ꝛ brutis. Sed est differentia quantum ad predictarum intētionum apprehensionē. Nā alia animalia pcipiunt huiusmodi intētiones quodā nāli instinctu.homo aūt per quandam collectionē. Et ideo que in alijs aialibus dicitur estimatiua.in hoie dicitur cogitatiua.q2 per collectionē quandā hmōi intētiones adinuenit. Unde ꝛ dr̄ etiā ratio particularis cui medici assignāt determinatū organum.s.mediā partem capitis. Uerum q2 in potentia sensitiua ꝛ pcipue apphensiua nō pōt esse peccatum.ideo in cogitationibus hoium put sunt in tali potētia nō est peccatum vel meritū.sed put eis additur.vel superuenit aliqs effectus bonus vel malus. Nota igitur fm Tho.ij.ij.q.ij.art.j.q̄ cogitare sumiꝰ tripliciter. Uno modo cōmuniter pro quacūq3 actuali ꝯsideratione intellectus siue pueniendo ad claram ꝛ certā cognitionē eius qd̄ cogitatur.vt cum quis ꝯsiderat que scit.siue etiam antequā perueniaꝰ ad perfectionem cognitionis per certam ꝛ clarā visionē. Scd̄o modo ꝓprie.s.solum pro ꝯsideratione intellectus cum quadam inqsitione antequā pueniaꝰ ad claraz noticiā rei.ꝛ hoc circa intētiones vl̄es. Tertio modo pro quadā inqsitione ꝛ discursu circa pticularia apprehēsa a sensibus. ꝛ isto tertio modo est actus huius potentie cogitatiue.nec tamen est ibi peccatum vel meritum nisi cooperante intellectu ꝛ affectu aliquo modo. Et fm hoc nunc de cogitationibus agetur. De qbus psalmista. Dn̄s scit cogi.ho.quoniaz vane sunt. Ubi tria de ipsis ps.93.

De potentia cogitatiua.

hec potentia differē ter est i homie et alijs aialib⁹

Cogitare dicit tripliciter.

cogitatõib⁹ p͂. ꝛ notari. Et pmũ est ꝙ deo sunt simplr̃ denudate. ibi. Dñs scit. Scd̃o ꝙ in homine sunt multipl̃r variate. ibi. cogitationes hoim. Tertium est ꝙ in eo et se sunt vituperabiliter terminare. ibi. quoniam vane sunt.

¶ Quantum ad primum .§.j.

Deo cũcte cogitationes sũt nude.

Sciendũ ꝙ cogitatões quecũqꝫ note sunt deo. Omnia. n. ait apl̃s ad Heb. iiij. nuda ꝛ aperta sunt oculis eius. i. cogitatõi. ꝛ ita sunt ei note: ꝙ neqꝫ angelo bono neqꝫ malo: neqꝫ primo et se sciri põt. Uñ dr̃ Hiere. xvij. Prauũ est cor hominis ꝛ inscrutabile: ꝛ qs cognoscet illud. Ego dñs scrutãs corda ꝛ pbãs renes q do vnicuiqꝫ iuxta viã suã. Prauũ dr̃ cor hominis: qꝛ inclinatũ ad praua iuxta illud Geñ. viij. Sensus hominis ꝛ cũcta cogitatio eius pna sunt ad malũ ab adolescẽtia sua. Inscrutabile dicitur: qꝛ eius cogitatões nulla creatura scire valet. vñ apl̃s. i. ad Corin. ij. qs hoium scit q̃ sunt hominis. i. in cogitatõib⁹ inferiorib⁹ nisi sp̃us dñi q in ipso ẽ. Quis ergo cognoscet illũ. q. d. nullus nisi deo reuelante. sic cognouit Helliseus cogitatões malas auaritie: qbus mot⁹ fuit Gyezi discipulus su⁹ ad petendũ a naaman syro vestes ꝛ argẽtũ. vt habet. iiij. Re. v. Sol⁹ ergo deus scit cogitatões hoium. Uñ subdit in auctoritate. Ego dñs scrutãs cor. i. cogitatões cordiũ. ꝛ renes. i. delectatões eaꝝ in bonũ vel malũ. et qb⁹ hoies tãdẽ iudicat ꝛ nõ solũ ex opib⁹. Uñ Crisᷓ. nõ ex opib⁹ iudicat tm̃ sꝫ et cogitatõib⁹. xxij. q. v. Qui iurare. ¶ Sed p maiori declaratõe notãdũ ꝙ cogitatio vel affectio põt cognosci ab aliquo tripl̃r. Pmo p ipsi⁹ i se certã ꝛ clarã ituitionẽ. Scd̃o p reuelationẽ. Tertio p ꝯiecturationẽ. Et pmo qdem mõ put. s. cogitatões sunt in itellectu: ꝛ affectiones i volũtate. sic solus de⁹ cogitatões ꝛ affectiões cognoscere põt ꝛ hẽ pprie scire. Unde bñ dic̃ ps. Dñs scit nõ hõ vel angelus sꝫ solus de⁹. qd̃ ẽt attestat Salo. dicẽs. Tu solus nosti corda filioꝝ hoium. Corda. i. cogitatões ꝛ affect⁹. Huius rõ ẽ ſm. b. Tho. i. pte. q. lvij. qꝛ volũtas rõnalis creature soli deo subiacet ꝛ ipse solus i eã opari põt q ẽ pncipale ei⁹ obiectũ ꝛ vltim⁹ finis. Et iõ ea q̃ mihi ex volũtate sũt vl̃ q̃ ex volũtate sola depẽdẽt soli deo sũt nota. Ex volũtate hoĩs depẽdet ꝙ aliqs actu aliqua ꝯsideret. qꝛ cũ aliqs hꝫ habitũ scientie vel sp̃es itelligibiles i eo exñtes. vtit eis cum vult. Scd̃o mõ. s. p reuelationẽ põt cognosci cogitatio hoĩs inquãtũ. s. a deo alicui reuelat. ꝛ sic aĩa xp̃i p reuelationẽ a vbo cui erat ꝛ ẽ vnita. cognoscet ꝛ cognoscebat oẽs cogitatiões hominũ. Uñ ꝛ iudeis mala de ea cogitãtib⁹ dixit. vt qd cogitatis mala i cordib⁹ vr̃is. Math. ix. Et Luce. xi dr̃ vt vidit cogitatões eoꝝ ꝛc. sic ꝛ Pe. aꝑ̃ls p dei reuelationẽ cognouit fraudẽ factã p Ananiã ꝛ Saphirã de pcio possessiõis vẽdite. Ac. v. Sic ꝛ be. Bñdict⁹ cognouit cogitatões murmuratõis: q̃ faciebat ꝯ eũ q eũ tenebat lucernã dũ comederet. vt hr̃ in scd̃o dyalogoꝝ. Tertio potest cognosci cogitatio vel affectio hominis per coniecturationẽ. Et sic angelus bonus ꝛ malus etiam hõ põt cognoscere cogitatiões alterius: scilicet vt in suo affectu: cognoscitur enim ſm be. Tho. i. i. parte. q. lvij. arti. iiij. interdum cogitatio non solum per actum exteriorem: puta locutionem vel operationem manifestantem ipsam: sed ẽt per immutationẽ vult⁹. Et medici ẽt aliquos affectiones animi per pulsum cognoscere possunt. Et multo magis angli ꝛ demones quanto subtilius huiusmodi passiones occultas corporales perpendunt. Unde Aug. dicit ꝙ demones aliquando hominum dispositiones nõ solum voce prolatas: sed etiam cogitationes conceptas cum signa quedam ex animo exprimuntur tota facilitate perdiscere. xxvj. q. iiij. c. sꝫ. quãuis in libro retractionum dicat hoc non esse asserendum: scilicet quomodo hoc sciant. non tamen dicit quin talia sciant: scilicet per coniecturas.

Cogitatio tripliciter põt cognosci.

1. pal. 6

¶ Quantum ad secundum .§.ij.

Sciendum ꝙ cogitationes hominum sunt multe ꝛ multipliciter variate. Unde in plurali dicit cogitationes hominum. Variate aũt sunt non solum ſm materiam: sed ſm causam. Nã vt dicit venerabilis. Cassia. in. i. coll. abbatis Moysi. Quedam cogitationes habent ortum a deo quedam a dyabolo. quedam a carne seu corde proprio. Et ꝙ cogitationes habent principiũ a deo ostendit apostolus. ij. ad Cor. iij. di. Non ꝙ simus sufficientes cogitare aliquid a nob. s. boni. sed sufficientia nr̃a ex deo est. Omnis igitur cogitatio bona in nob a deo procedit. puta cum cogitas agere penitentiã ieiunare. orare. virtutes acquirere. proximis prodesse. deo placere ꝛ huiusmodi i. Et ad hoc hortabatur ps. liiij. dicẽs. Iacta cogitatuꝫ tuum in domino: scilicet de eo ꝛ propter eũ bona cogitando. ¶ Quod cogitationes etiaꝫ alique procedant a dyabolo instigante. ostendit ex eo ꝙ christo post resurrectionem apparente discipulis cum estimarent ipsum fantasma eẽ dixit eis. Quid turbati estis: ꝛ cogitatões ascẽdunt in corda vestra. Ascendunt dicit. Quia male erant ꝛ false. ꝛ ideo ascendebãt a demonis si bone fuissent. descendissent a patre luminum. Et de iuda dicit euangelista. Cũ misisset dyabolus in cor eius vt traderet eũ. Ubi

triplex põt esse cã cogitationum.

Luc. 24

Joh. 13.

aduertẽdum

aduertendum est secundum beatum Tho. in .j. parte .q. cxj. quod demones non possunt immutare cogitationes interius eas causando: cum vsus cogitatiue virtutis subiaceat voluntati. quod ergo dicitur a Damasce. et Beda quod est immissor et incensor cogitationum. intelligitur hoc non quod causat eas. sed inquantum incitat ad cogitandum vel appetendum cogitata per modum persuadentis vel passionem concitandis. Et hoc ipsum incendere Damasce. vocat immittere: quia talis operatio interius fit. sed bone cogitationes attribuuntur altiori principio. s. deo: licet angelorum ministerio procurentur. Ponit autem Ansel. in libro de similitudinibus pulchram similitudinem circa hanc materiam cogitationum prout sunt a deo vel diabolo vbi comparat cor nostrum molendino cuidam: quod continue voluitur. cuius molendini dominus locat ipsum alicui. dans sibi triplex genus victualium ad molendinum. scilicet triticum. ordeum. et speltam. cum hac conditione quod continue molat aliquod ex illis. et hoc faciendo sibi fideliter seruit et inde bene viuit. Habet autem dominus ille inimicum capitalem querens in omnibus ei displicere. Unde sciens molendinum suum tali locatum occultat se iuxta domum eius: vt si talis conductor cessat per modicum a molendo victualia domini sui. et cum hoc reperit: immediate ponit super molendinum de rebus suis videlicet picem. arenam. vel paleas. et hoc ad destruendum molendinum et illi nocendum. ¶ Spiritualis dominus iste est deus noster vniuersorum dominus. molendinum suum est cor nostrum quod continue voluitur circa aliquid cogitandum. Unde Bern. Nil fugacius animo meo. locat autem istud molendinum nobis vt molamus cum voluntatem prestat et rationem ad cogitandum. administrat et ipse per inspirationem triplicem materiam super qua debemus voluere cor nostrum: videlicet cogitationes de deo et de eius immensa bonitate et gloria superna: tanquam triticum optimum. de virtutibus et donis spiritualibus quomodo in eis proficiamus tanquam ordeum. Cogitationes de peccatis commissis vt doleamus. et de his que possunt committi vt fugiamus tanquam speltam. Et certe cum hoc facimus deo fideliter seruimus: et inde tandem viuimus vita gratie et tandem glorie. Inimicus huius domini diabolus est qui insidiatur continue molendino cordis nostri. et si videt nos non cogitare aliqua vtilia. tunc ipse suggerit et suadet cogitationes luxurie maculosas corporis et anime tanquam picem. vel cogitationes auaritie graues tanquam arenam. vel leues inanis glorie tanquam paleas. Ex quibus molendinum deterioratur. et talis conductor nisi resipiscat: oportet quod moriatur spiritualiter. quia ex illis viuere non potest. Unde dicit dominus per prophetam. Usque quo morabuntur cogitationes apud te noxie. (Hiere. iiij.) Et sapientie .j. dicitur de spiritu sancto quod auferet se a cogitationibus que sunt sine intellectu .i. sine ratione. ¶ Procedunt et cogitationes aliquando ex corde proprio. Unde saluator Math. xv. inquit. Ex corde exeunt cogitationes male. Unde et in figuram dictum fuit in primo parenti. Spinas et tribulos germinabit tibi (Gen. iij.) scilicet terra cordis tui: etiam cultiuato spiritualibus exercitijs. spinas. s. cogitationum sollicitudinis temporalium. et tribulos affectionum sensualium que cogitationes infestant homines importune sicut musce frequentant cadauer. Unde et beatus Antho. quasi attediatus semel ex tanta cogitationum importunitate exclamat ad deum. Domine volo saluus fieri: sed non permittunt me cogitationes mee. Uerum quia primi motus earum non sunt in nostra potestate. Unde nec peccata saltem a secundis motibus seu delectationibus earum cauendum est. Unde dominus dicit per Esaiam. Auferte malum cogitationum vestrarum. (Esa. j.) non dicit cogitationes sed malum cogitationum: inquantum. s. de vitijs sunt cum complacentia ipsarum.

¶ Quantum ad ter- .§.III.

tium dixi quod cogitationes ipse ex se .i. defectu cogitantis sunt deprauate: quoniam inquit vane sunt. (triplex est vanitas cogitationum.) Est autem triplex vanitas. s. penalitatis. iniquitatis. et instabilitatis. de qua triplici vanitate agitur Eccles. per totum. vnde et in principio libri nominat vanitatem dicens. Uanitas vanitatum et omnia vanitas. Omnia enim creata sunt vanitas: quantum ad mutabilitatem. et de hac agitur .i.c. Ecclesiastes vsque ad .iij.c. exclusiue. sed homo non solum est vanitas predicto modo: sed et per iniquitatem. et de hac agitur a .c. iiij. vsque ad xij. exclusiue. Est et tertia vanitas in homine. s. penalitatis: et ea plenus. Unde dicitur: vanitas vanitatum. idest vanus per culpam: plenus vanitate per penam. et de hac agitur ipso .xij.c. in fine libri Eccles. ¶ Quantum igitur ad vanitatem pene: de qua apostolus ad Ro. viij. Uanitati creatura subiecta est etiam non volens. s. pene. famis sitis. frigoris et huiusmodi. Utique cogitationes hominum vane sunt .i. afflictiue vnde dicitur Sap. ix. Cogitationes mortalium timide: et incerte prouidentie nostre. Nam si bonus est homo timet non displicere deo. non incurrere peccata varia et huiusmodi. si malus timet ne impediatur exercitio suarum malarum cogitationum. vel ne prouidentia sua circa temporalia non habeat effectum. Timor autem vt dicitur in prima canonica Jo. penam habet. (j. Joh. iiij.) Frequenter enim vna cogitatio pugnat contra aliam. s. caro concupiscit aduersus spiritum: et spiritus aduersus carnem. (Ga. v.) vnde sequitur cogitationes

etiam circa curam corporis: ꝛ prouisionem etiam necessariorum multum tedium ꝛ penam inferunt precipue bonis quamuis in se pctā non sint. ¶ Secūdo cogitationes hominum vane sunt vanitate iniquitatis. De qua ps. v. Cor eorum vanū est. i. iniquum. Et quidam ita iniqui sunt: vt etiā contra dominum cogitent. De quibus ps. Cogitauerunt ꝛ locuti sunt iniquitatem in excelso locuti sunt dicentes deum non habere prouidētiam debitam circa homines. Cōtra quos Hiero. Quid contra dominum cogitatis: ipse qui creauit mundum consūmationem faciet eius. Quod si vobis rigidus ꝛ cruentus videtur: quod genus humanum diluuio deleuerit ꝛc. xxiij. q. v. Quid ergo. Et ad intelligendum quomodo cogitationes efficiuntur inique. sūme exemplum in nebula que eleuata a terra sepe in parte superioris aeris generat nubes que ibi nutriuntur nec dissoluunt. nisi per magnum ventum. qui resoluit illas ꝛ conuertit. vel in aerē vel in aquā grandinem aut niuem. ¶ Nutriuntur autem ille nubes in aere virtute caloris vel ignis elementalis qui quasi extinguitur per tonitrua. corruscationes ꝛ fulgura. Sic accidit de cogitationibus. Sunt enim vt quidam vapores siue nebule. que a terra sensitiua. s. fantasie vel memorie ascendunt ad altitudinē intellectus ꝛ calore. idest voluntatis affectu nutriuntur ꝛ crescunt ꝛ obnubilant mentem aliquando vt sol christus non videatur. Et hoc quando amor proprius reperit in volūtate qui omnem materiam in se bonam cogitationum peruertit ad malū. Sed si ventus spiritussancti percutit tales nubes cogitationum. tunc extinguit malum ignem seu colorem proprij amoris. Et exinde sequuntur tonitrua lamentationum de peccatis cū clamore petendi diuinam misericordiam. sequuntur ꝛ corruscationes bonorum exemplorum. ꝛ fulgura incendentium operum ꝛ verborum pluuie lachrymarum ꝛ huiusmodi. ¶ Quantum ad tertium cogitationes hominum vane sunt. instabilitate seu mutabilitate. de quo Eccs. pe. nul. Uanitatis arguentur preterita. ex eo enim quod preterita sunt ostendunt instabilitatem. ꝛ sic cogitationes hominum vane sunt. dum enim quis vult fixe aliquid de spiritualibus cogitare. subito mens ad alia euolat vt dicere valeat illud ps. Cor meum dereliquit me. Exemplum patet in. bea. Bern. qui vt habetur in legenda eius conquerens cum quodam rustico in itinere de tanta distractione mentis. vt vnum pater noster dicere non valeret sine alia cogitatione. Asseruit rusticus se hoc facere posse cui Ber. mulam cui insidebat si hoc agere posset promisit quod cum ille attentat ꝛ in medio eius occurrit sibi cogitatio de sella ꝛc.

Ps. lxxij. (margin, beside "contra dominum cogitent")

Ps. xxxix. (margin, beside "re. subito mens")

¶ Circa euidentiā. §. iiij. eorum que dicta sunt in. i. §. huius. c. scilicet quod angelus non cognoscit cogitationes nostras. Est sciendum quod cogitatio nostra vel etiam alicuius angeli potest comparari ad tria scilicet ad subiectum quod informat. ad obiectum quod representat ad effectum quem inclinat. ¶ Primo enim si cōparatur cogitatio ad subiectum quod informat tunc dico quod angelus potest scire vel videre cogitationem nostrā vel etiam angelicam. Cuius ratio est. quia angelus potest videre species existentes in mente mea vel angelica. Sed cogitatio actualis est quedā forma ꝛ quedam actus existens in intellectu eque realis ꝛ eque actual. sicut spēs vel magis quam spēs. Ergo eadem rōne spēs existētes in mēte mea vel angelica angelus pōt videre. eadem ratione cogitatio actualis mea vel angelica potest cognosci ab aliquo angelo. ¶ Secundo modo potest cōparari cogitatio mea vel angelica ad obiectum quod representat. Et sic cogitatio mea vel angelica potest cognosci ꝛ videri ab angelo. vt verbi gratia. Sicut ille qui videt speciem alicuius rei in oculo alterius. ꝛ mediante illa specie habet aliquam notitiā de re cuius est species. Sic angelus videns cogitationem alicuius in mente nostra vel angelica. cognoscit ꝛ videt rem cuius est cogitatio vel quam illa cogitatio repsentat. Nota tamen differentiam inter illum qui videt cogitationem alicuius rei in mēte alterius quia non habet rem de qua est cogitatio pro immediato obiecto. sed ipsam cogitationem. ꝛ mediante cogitatione habet aliquam notitiam de re cuius est cogitatio. Sicut dictum est de illo qui videt speciem alicuius rei in oculo alterius. ꝛ ꝛ mediante illa specie habet aliquā notitiam de re cuius est species. Ille autem cuius cogitatio videtur habere rem de qua est illa cogitatio pro immediato obiecto. ꝛ videt illam rem de qua est cogitatio. sicut ille qui videt rem immediate visione corporali. perfectius videt ꝛ aliquid potest cognoscere de ea. puta quanta sit. vel aliquid tale quod non potest cognoscere ille qui videt eam mediante specie exīstēte in oculo alterius. Ita etiam ille qui videt rem intellectualiter in mente per actum suum cogitandi perfectius. ꝛ plura nouit de re illa quam ille qui videt eam mediante cogitatione existente in altero. Et sic quamuis angelus cognoscat cogitationem nostram vel angelicam tamen cogitatio tā nostra quam angelica potest latere aliquem angelum. quātum ad hoc quod non ita pfecte videt rem illam de qua est cogitatio videndo cogitationem in altero. sicut ille cuius est cogitatio. ¶ Tertio modo potest comparari cogitatio nostra vel angelica ad

Cogitatio ꝑt cōparari ad tria. (margin)

Uelut tas duplicite cōsideratur (margin)

est creatura corporalis. Sicut enī celi enarrāt gloriam dei.ita ⁊ alia inferiora ipsum non ma/nifestant. Et hoc speculum habꝫ tres partes vn de deum videamus. Et prima est ordo creatu/rarum cum perseueratione. Secunda est actio earum in sui conseruatiōe. Tertia est finis ea͞ in creatione. ¶ Ordo vniuersi ē mirabilis.ita ꝙ ex hoc intenta rerum varietate sic ordinata ratio cogatur affirmare vnam esse prouiden/tiam que cuncta disponit. ⁊ hic est deus. Et qꝛ sapientis est ordinare ſm philosophum. Ideo maximus ordo vniuersi ostendit maximam eius sapientiam. propter quod dicit psal. Ma/gnus dominus ⁊ magna virtus eius ⁊ sapiē/tie eius non est nu. Reperitur autem in istis re/bus creatis non solum ordo situalis. sed etiaꝫ temporalis ⁊ potentialis. Et ordo quidem si/tualis siue localis in hoc apparet. quia queli/bet creatura tenet locum suum ſm dignitatē suam. Nā terra ⁊ terrena sicut viliora in imis locata sunt. Aqua vt dignior altius eminet di/uina tamen sapiētia arena maris ⁊ terminus statuitur vt vltra nō progrediatur ad diluen/dam terram. Aer vt perfectior aque eminet. Et ignis ita actiuus ⁊ calidus a nobis elongatur super alia situatus. Celi incorruptibiles. Sol luna ⁊ stelle lucentes in suis speris altissime collocate sunt. Et celum empireum nobilissi/mum vbi gaudent sancti cuꝫ christo supremū omnium corporum est. Habent etiam ista cor/poralia ordinem temporis sui. propter quod dicit Eccs. Omnia tempus habent ⁊ suis spa/ciis transeunt vniuersa sub sole. Ordinatissi/me enim sol facit cursum suum per signa zo/diaci infra annum integrum. Et sic trāseunt tē/pora veris estatis. autūni. hiemis cum effecti/bus suis. Transeunt et dies naturales eadem temporis mensura ad motum primi mobilis completum. Unde ps. Ordinatione tua perse/ue. di. qm̄ omnia ser. t. Et ea que in hieme mor/tua videbantur in vere reuiuiscunt annuatiꝫ. ⁊ in estate fructificant. Ordo quoqꝫ potentia/lis in ipsis rebus est aspiciendus. nam minor potestas non influit in maiorem per virtuteꝫ sicut nec inest supraposito loco. Non eniꝫ ter/ra influit in celum sed celum in elementa. Sic etiam in corpore humano quodlibet membrū est suo loco congrue ordinatum. ⁊ potentie su/periores influunt in inferiores. Sic ergo sapiē/tia diuina disponit omnia suauiter. Sap. vij. ¶ Secūda pars huius speculi. s. creature cor/poralis est actus quem habent huic effect⁹ ipse

Psal. xlvj.

Eccs.3.

Psal. cxviij.

creature ex conseruatione sui esse. Omne ensꝫ animal vitam tueri laborat. Et omnis creatura q̄ntum potest suam libertatem ⁊ proprietatē de/fendit. Et lapis iactus in altum ex violentia ad terram reuertit̄ q̄citius vbi melius conserua/tur. Aues pisces ⁊ bestie terre ⁊ minimi vermi/culi fugiunt pro posse ne capiantur: nec aliqua creatura que appetat mutare statum suum et conditionem. Uermis enim nō desiderat mu/sca esse nec formica carnis. Quiescit piscis in aqua inquam ingredi fugiunt cetera animalia. Nescit serpens appetere se esse leonem aut ho/minem. Et totum hoc quia creature non vide/tur posse esse melius. seu maiorem habere pfe/ctionem in specie sua q̄ꝫ illam q̄ꝫ dedit sibi de/us. Quod enim nobis vile videtur cum a deo factum sit. preciosum est. Unde dicitur Gen. j. Uidit deus cuncta que fecerat ⁊ erant valde bona. Et si cuncta erāt bona ergo bonus erat aspis. bonus est draco. bonus est vrsus bona ē aranea ⁊ scorpio. bona est formica. bonus est culex ⁊ pulex. bonus est equus. leo capra. ⁊ bo/nus est homo ⁊ bonus ē angelus. Omnia ista ⁊ alia bona sunt in sui natura: ⁊ si aliquando ꝓ/pter defectum nostrum nobis nociua. Conten/tatur enim vnaqueqꝫ creatura de bonitate si/bi concessa. ⁊ eam ꝓ posse conseruat. Solus an/gelus ⁊ homo qui plus acceperunt bonitatis plus ostenderunt ⁊ ostendunt ingratitudinis. ⁊ desiderando statum mutare ⁊ deo similē eē. Et sic quotidie nunq̄ꝫ in eodē statu permanet. sed semper peruigil ⁊ auidus ad mutanduꝫ. O miser homo quare nō discis a brutis contē/tari de statu tuo ⁊ conditione. credendo hanc veritatem ꝙ melius esse non possis q̄ꝫ ꝙ te de/us fecit. siue sis cecus siue mancus. siue clau/dus siue pauper. siue seruus. siue contemptus ab aliis. siue infirmus. Quid enim esse potest ⁊ preciosum quod deus operatur ⁊ concedit precipue cum dicat sapiens. Tu autem domi/nator domine oīa cum tranquillitate iudicas. ⁊ cum magna reuerentia disponis nos. Sap. xij. Cum ergo omnia hunc effectum habeant vt querant pro posse conseruationem sui esse. ⁊ hoc querunt modo suo assimilari deo qui ha/bet esse vniuersale ⁊ semper est. ¶ Tertia pars speculi huius est finis ipsarum rerum in crea/tiōe. Dicit. n. Augu. ꝙ oīa fecit de⁹ pp hoīem: hoieꝫ āt pp seipsū. Et vt exēplificat hug. de san/cto Uic. in libro de arra anime. Fecit deus hu/manam naturam vt sponsam suam. ⁊ vt vide/ret ipsa sponsa quantum diligeretur a spon/so. misit sibi forserium plenuꝫ iocalibus. Ape/riendo autem ipsum forserium quod est vni/uersum per considerationeꝫ eius in supremo reperiet seraphin ardentes. cherubin lucētes

thronos reuerentes. dominationes precipientes. potestates inimicos coercentes. virtutes mirabilia facientes. pricipatus prouincias custodientes. archangelos summa nunciantes. et rectores dirigentes. angelos homines custo-
Heb.j. dientes. Hi omnes sm apostolum ad hebreos .i. sunt administratores spiritus scilicet sponse. Alia iocalia sunt celi et planete. quorum quilibet habet suam influentiam. ita vt vna stella siue planeta aquas trahat super montes. et vbi non dominatur ibi putei fieri non possunt. Alius dat influentiam vino. alius oleo. alius sapores varios fructibus et sic de alijs. Post hec in forserio reperis non solum elementa. sed et pisces et aues et bestias terre. Et omnia vt ait ps. Ad dominum subiecisti sub pedibus eius. Sed certe non inferiora iocalia sunt sacramenta et alia spiritualia quibus ipsa anima sponsa proficiat. Quamuis igitur ipsa sponsa faciem sponsi videre non possit. ex arra tamen sibi missa. et tam preciosis iocalibus et precipue cum sanguinem suum effuderit vt ornaret genas eius ex hac consideratione videre potest tanquam per speculum magnificentiam. largitatem et intimam et viscerositatem eius dilectionem. Et sic videmus nunc deum per speculum. sicut videbat
ij.Cor.iij. apostolus dicens. Nos gloriam dñi speculantes idest vt in ipso speculo gloriosum deum aspicientes transformamur de claritate in claritatem. id est de cognitione vna ad aliam.

Speculũ quartum in quo deus videtur

Quartum specu- .§.vij.

lũ ẽ scriptura diuinalis. Que qdẽ presupponitur ad deum intuendum. Si enim non credideritis non intelligetis ait dñs per Esa. In isto speculo pro tanto videtur deus pro quanto locutio dei. In ipsa enim audiuimus deũ loquentem et de se nos docentem. Ex auditu autem et lectione videt quis in intellectu quod prius non videbat. Habet autem illud speculum tres partes. scz q ipsa scriptura veteris et noui testamenti trifariam diuidi potest. videlicet in libros legales annectendo eis et historiales. libros sapientiales et libros prophetales. Et in qualibet harum parte videmus deum cum pfectionibus suis licz obscure. ¶ Et in parte quidẽ legali et historiali videmus deũ cũ sua omnipotẽtia cũ in libro Gen. agitur de creatiõe rerum a deo. In exodo videmus eius clementiam
Epilogus breuis omnium librorũ toti⁹ biblie
cũ populũ hebraicũ eduxit de durissima seruitute egypti et conduxit per desertum pascens māna celesti et a multis molestijs eos liberauit. In leuitico ostenditur q sit maxima reuerentia. dum sacrificia multa et varia voluit sibi offerri. In lib. numeri deprehẽditur ei⁹ patiẽtia dum ipse cõtra se et moysen et aaron vicarios eius irascẽtes et murmurãtes eos nõ exterminauit. In quĩto legis libro. s. Deuterono. videre põt eius pseuerantiã lõganimiter eos tollerãs vt puenirẽt ad certã repromissã. In lib. Josue videbis maximã eius fidelitatẽ in itroducẽdo populũ illũ i terra lacte et melle manãtem. pstratis habitatorib⁹ eius put pmiserat abrae et semini eius. In lib. iudic. manifestat tristicia sua punitiua. ex hoc q te tiẽs pplm suũ hebraicũ subiecit eorum inimicis finitimis et i seruitutẽ redegit p ãnos plures quotiẽs deũ offenderũt. In li. ruth. videre potes dei pietatẽ ideficientẽ q ruth moabitide et noemi socrui ei⁹ valde desolatis et afflictis egregie puidit. In qttuor libris regũ cũ duob⁹ palippomenõ appet gra sua in electiõe dauid sup regnũ et ppls suũ cũ dilatione et exaltatiõe ipsi⁹ ac et salomõis. In li. esdre nota prudẽtiã suã q̃ eũ direxit ad petẽdam et obtinẽdã licẽtiã a cyro et dario de reuẽrsiõe a babylonia i hierosolymã i vasis sctis. In thobia vi dĩ magnificẽtia cũ ipsũ tobiã dpauparatũ et cecũ ita magnificauit ẽt i tpalib⁹. In iudith hẽs dei magnanimitatẽ iducẽdo ipsã ad tã arduũ opus scilicet decapitatiõis holoferni. Liber hester tibi demõstrat q̃ztũ deus sit discret⁹. laqueum mortis quẽ ppárauerat amã cõtra mardocheum iniuste. torquens in eum. In lib. Job sine culpa sui priuatum omni substantia filijs et sanitate vxore et amicis subsanantibus. attẽdens illa omnia ex dei ordinatione sibi prouenire gratias egit demumqz deo disponẽte omnia rehabuit amissa. duplicatamqz substantiã. In lib. Machabeo. reperies magnam tollerãtiam et longanimitatem. potius eligentes semcibo vesci et mori in bello q̃z particeps fieri trãsgressiõis legis. In nouo testamento in lege scilicet euangelica. per totum videbis deum summe ad nos beniuolum. Nam in principio mathei vides eum propter hominem factum. ex virgine tamen generatum. Marcus tibi eum ostendit vt nostrum doctorem et predicatorem tanq̃z leonem clamantem in deserto. Lucas tibi insinuat nostrum redemptorem tanq̃z vitulum in passione oblatum. Johannes vero tanq̃z nostrum premiatorem vt aquila volans in celum. Actus apostolorum historiales medicinalibus exemplis ipsum deum nos iuuare ostẽdunt. ¶ Secunda pars huius speculi videlicet librorum sapientialium. videre nos faciũt deum sapientissimum. Et in prouerbijs quidẽ docet sapientiam seu prouidentiam yconomicam quemlibet vt filium in moribus instruẽs. Incipientes a muliere mala. scilicet concupiscentia vel doctrina heretica. vel gentilium scientia cautos reddẽs. In ecclesiasten docet sapientiam monasticam se regulantẽ et ad mũdi

contentum proficientes inducens. In cantico
canticorum docet sapientiam heroicam seu gu
statiuā per verba suauia ꝛ amoris plena vt in
ter sponsam perfectos erigens. In lib. sapien
tie. sapientiam seu prudentiam regendi alios
docet. Diligite inquit iustitiā qui iudicatis ter
ram. Cognitionem veri dei cum sapore neces
sariam ostendens. In ecclesiastico videtur q̄m
omnis sapientia a domino deo est ꝛ cum illo
fuit ꝛ est ante euum. Epistole quoque aposto
lorum petri ꝛ pauli. Joānis iacobi. thadei que
correspondent sapientialibus libris. sapientia
diuina pariter ꝛ hūana plene sunt. Et quia om
nis sapientia ab ipso deo sanctissimo est. Ideo
dicit Jaco. j. Siquis vestrū indiget sapientiā
postulet a deo qui dat omnibus affluenter.

¶ Tertia pars hui⁹ speculi sunt libri prophe
tales qui etiam deū nos videre faciunt. Ex li.
quidem Esa. videre possumus ipsum deū be
nignissimum ex vocatione gentium frequētis
sime ibi prenunciata ex susceptione finali iu
deorum in fine reuertentium. In hieremia vi
demus eum seuerum ꝛ rigidum frequenter.
videlicet cōminantem captiuitatem illius po
puli in babiloniam propter peccata eorum et
tandem exequentem. In ezechielem videmus
eius equitatem: quia ꝛ veniam promittit pec
catori reuertēti. ꝛ penā iusto se ab eo reuertēti
In daniele videt ipse esse cunctorū futurorum
prescius. ꝛ dominum vniuersale obtinere sup
omnia regna mundi eaq; dare ꝛ mutare s3 be
neplacitum suum. In psalterio ostendit se pla
cabilem ꝛ exorabilem petentibus eum ac mul
tum liberalem. In duodecim prophetis mino
ribus lux veritatis eius maxime appet ex. xij.
radijs fidei. idest articulis ibi comprehensis.
In prophetia vero apocalipsis ioannis osten
ditur eius tremenda maiestas in plagis ab eo
immissis. Et sic per istud speculū videm⁹ nūc
deum ꝛ si obscure tamen multipharie. Unde
Grego. dicit in. ij. moralium q̄ scriptura sacra
aperte dicitur speculū. quia in eo velut in spe
culo pulchra fedaq; nostra intuemur. ꝛ deū ex
ea plenius cognoscimus ꝛ certi⁹ per quascūq;
doctrinas gentilium. vnde ipsa sapientia d̄r.

¶ Quintum spe §. ix.

Speculū qntū in quo de⁹ videri pt.

culum est iustitia vniuersalis. de qua dicit phi
losophus q̄ est omnis virt⁹. Et mirabiles splē
dores sunt in ea. nec esperus nec lucifer est ita
clarus. Et per istam iustitiam videmus deū in
habentibus ipsam. sicut per radiū solis de no
cte videmus lunam ꝛ stellas. Sicut enim luna
ꝛ stelle s̄m quosdam lumen recipiunt a sole. ꝛ
ipso occidente ex diffusione radiorum eius su
pra nostrum emisperium luna ꝛ stelle ab eo il
luminate nobis lucent nisi nubes aerē obnu
bilent. Sic omnes iusti homines lumen iusti
tie sue. i. virtutis aliunde nō habent nisi a deo
prout ostendit Joānis. j. dicens. Illuminat om
nem hoiem venientem in hunc mundum. Et
in nocte quidē vite presentis. ipse sol deus no
bis manet occultus ꝛ clare videre non possu
mus. Sed videmus eū in sanctis suis mediā
te eorum iustitia qui stellis comparātur. Dan.
xij. Qui ad iustitiam erudiunt plurimos quasi
stelle. s. erunt. Sicut enim claritas seu lumen
stellarum solem manifestat vt effectus causam
Sic ꝛ virtutes sanctorū virtutes dei que exē
plares dicuntur a Plotino pho. Et inde nostre
exemplantur sed nunq̄ adequantur. ac gloriā
dei nos videre faciunt s̄m illud ps. Gloriosus
deus in sanctis suis. s. apparet mirabilis i ma
iestate ꝛc. Huius igit speculi possunt tres ptes
assignari s̄m varias v̄tutes que repte sunt i tri
plici statu hūani gn̄is. In statu legis nāe legis
mosaice. ꝛ legis gr̄e.

Uirtutes ostēse in lege nāe

¶ In statu qdē legis nā
lis refulsit abel in v̄tute innocētie. Nā ꝛ de me
liorib⁹ obtulit deo. ꝛ vocat⁹ a fratre suo cayn
in agrum vbi eum intendebat occidere. confi
denter ꝛ sine suspitione mali accessit. mortem
innocenter ꝛ sine defensione sustinuit. Noe iu
stus ac perfectus in generationibus suis que
omnes corruperant viam suam. Iustitiā nos
idest virtutem rectitudinem inter quoscunq;
reprobos ꝛ male agentes conseruare docet. ac
etiam dei longanimitatem ostendit. Abraam
perfecta obedientia mundū illustrauit. ad dei
mandatum propinquus relinquens ꝛ patriā.
vt peregrinus discurrens per diuersas terras
ac vnigenitum suum in sacrificium offerre di
sponens. Et in hoc facit nos deum videre obe
dientem ꝛ voluntatem facientem timentium
eum. Ac proprio vnigenito nō parcēs. eū mor
ti crucis exposuit. O q̄ntum castitatis lumen
patriarcha Joseph prestitit mundo. cum insti
gatus ab vxore sui patroni phutifar ad turpi
tudinem quādoq; verbis lasciuis. quandoq;
maleficijs quandoq; muneribus ꝛ exenijs
quandoq; comminationibus ꝛ promissis. vt
habetur in li. de. xij. patriarchis. potius ꝛ infa
miam ꝛ carcerem ꝛ periculum mortis subire
voluit. q̄ castitatem ipsā violare: ꝛ si iuuenis
esset ꝛ pulcherrimus ꝛ oportunitas non dees
set. Moyses mitissimus hominum super ter
ram nobis manifestat mansuetissimum deum
erga cōtumaces ꝛ rebelles. ac etiā presidētib⁹
lumē ministrat. vt erga subiectos māsuetudi
nem seruent.

Uirtutes ostēse in lege scripta.

¶ In secunda parte huius spe
culi. i. legis scripte. videmus Josue cū magna
spe ꝛ ꝯstāti fiducia expectare adimpletionē di
uine p̄missiōis obtinē. In nobis sui exēplo ad

ardua spem erigens ac videre faciens deũ potentẽ ad eruendũ nos ab aduersarijs. & inducendũ ad ea que super nostras vires existunt. Dauid rex & pphẽta diligẽtissimus in cultu diuino materiã preparãs opulentissimam ad tẽpli constructionẽ quã ẽt cuz perficere voluisset sacerdotes ordinans ad laudes diuinas & concinendos psalmos quos ipse ediderat. nobis radiũ prestat permaximũ orationis. deuotionis ac meditationis diuinoꝝ mysteriorũ. & diligentissime obseruantie sacre religionis. ac videre nos facit dei reuerendam maiestatẽ. Per ezechiã regẽ fletu magno sua delicta abluentẽ inuitamur ad penitentiã vt cũ ipso & veniam consequamur & vitã. ac ẽt videamus dei pyssimã misericordiã peccata q̃ citius remittentez Josias ẽt rex a pueritia studiosus ad obseruãdũ legẽ dominicã. & ad inducendum populos ad eiusdẽ plenã obedientiã. nos ad studiositatem prouocat diuinorum verborum ac deum timendũ insinuat. Helias dũ zelat zelũ dei non regibus parcit nec populis. sed firmã veritatẽ cunctis manifestans. ac quadringentos pphẽtas falsos occidere faciens in igne zeli sui receptus est in celũ ad veritatẽ incõcusse tenendaz nos efficaciter prouocãs. & veꝝ deũ nobis probans. Uenerabilis matrona cũ septẽ filijs machabeis dũ potius mortẽ sustinuit & septem suos diuersis cruciatibus laceratos ad idem animauit. ne cerimonias diuine legis transgrederentur. maxime fortitudinis lucẽ seculo reliquit. Consolatorẽq3 deũ & premiatorẽ ostẽdit.

Uirtutes ostẽse in tẽpore legis gratie. ¶ Inspiciendo in parte huius specli tertia scilicet tpe gratie deficerent folia priusq̃ exẽpla sanctoꝝ mundũ illustrantiũ. vel pauca in medium pponamus. incipiendo a virgine cuius vita inclita cunctas illustrat ecclesias. ex qua vt ait Ambro. velut in speculo relucet forma castitatis. s. virginalis & perfecte virtutis. Hinc sumatis exẽpla viuendi. Prima marie virtus fũdamentũ oĩum virtutũ est humilitas. & ipsa est deũ nos fecit videre hoĩem factũ ex substantia sua. Intuemur & Joãnem baptistam austeritatem vite exemplo mundum edocentem in cibo & potu & vestitu & transitorijs alijs & ipse deum digito demonstrauit dicens. Ecce agnus dei. Jo. j. Charitatem perfectã petri & pauli. ceterorumq3 apostoloꝝ quis enarrare posset. qui deum veꝝ per doctrinaz & miracula nos videre fecerunt. Martyres preciosi ad fidei constantiã nos vrgent grati deo non solum in tormentis gratias agendo sed seipsos sponte deo offerendo in obsequiũ eius qui gratiosus est omnibus. Cõfessores modestiã liberalitatẽ ac pietatẽ predicant dei imitantes equitatem. & virgines honestatẽ cũ sobrietate amantes dominuz laudãt. Sicq3 per virtutes sanctorũ videmus tanq̃ per speculũ. deuz pfectissimuz. qui illas tribuit. Unde & i figurã precepit dominus fieri mare eneũ. Exod. xxxviij. circa tabernaculuz cuius labrũ erat de speculis mulieruz vt i illis speculis videntes sacerdotes seipsos a maculis per aquã mundarentur. Specula mulierũ sunt lucida exempla animarum sanctarum in quibus intuentes simul & videmus defectus nostros & deum nostrum in operibus eorum. sicut solẽ in omni spera sua fixe sed super montes vel domos radios diffusos.

¶ Sextum specu- .§. x.

Speculum sextum i quo deus videtur post. lum ad videndum deum est anima rationalis in potentijs suis. Et per istud speculum videtur deꝰ trinus & vnus. & si melius q̃ per alias creaturas. tamen valde a longe & obscure. Unde Augusti. in lib. de trini. dicit. Et si mens nostra non sit eius nature cuius est deus. ibi tamen imago eius quereda est. quo nihil est melius. Huius speculi tres ptes dici possunt tres partes ipsius anime. memoria scilicet intelligẽtia & voluntas. Ex memoria videtur pater. et intelligentia filius. ex voluntate spiritussanctꝰ quantum ad modum processionis. ¶ Et primo de memoria constat quantum ad actuz suum scilicet memorandi. q ipsa nõ procedit ab intellectu nec voluntate. quoniam multorum meminimus que non intelligimus. sicut cum quis recordatur de aliquo dei iudicio miro & occulto: vt quod Josias rex israel ita perfectꝰ fuit occisus a pharaone iniquo rege egypti. & q in tyro & sydone si facta fuissent miracula q̃ fuerunt a christo facta in bethsaida. conuersi fuisset ad penitentiam homines illi qr sic christus confirmauit. huius rei recolimus. sed causam huius quare illis non fuerit predicatum nescimus. Reminiscimur etiam eorũ que nullo modo volumus. sicut peccatorum cõmissorũ & periculoꝝ. Mẽs. n. bene disposita nõ hz complacentiam sz displicentiã de perpetratis malis. Sic pater eternus non procedit a spiritusancto nec a filio. sicut nec memoria ab intellectu & voluntate. Et sicut iste tres potentie nõ sunt tres anime sed vna. Ita pater & filius & spiritussanctus non sunt tres essentie sed vna essentia. vna natura vna substantia. ¶ De intellectu etiam actu patet q non possumus intelligere aliquid nisi prius recordamur. Sed intelligere possumus multa & ipsa non velle. sicut intelligimus miserias quas patimur & multotiens non vellemus. Sic ergo filius a patre procedit non a spiritusancto. sicut intelligentia procedit a memoria & non a voluntate. Et sicut iste potentie non sunt vna sed reali

ter sunt distincte. ita q̄ vna non est alia poten/tia q̄muis sit in vna tantū essentia anime. Ita pater et filius et spiritussanctus sūt tres persone realiter distincte: ita q̄ vna non est alia. sicut dicebat sabellinus hereticus. Sed tū vna tm̄ essentia. ¶ Voluntas vero procedit quantum ad actum suū a memoria et intellectu. Non enim possumus velle aliquid quin illud prius memorie occurrat. et quin illud aliquo modo saltē generali intelligamus. Sicut spiritussanctus a patre filioq̄ procedit. non tantū a patre vt quidā heretici dixerūt sed etiā a filio. Et sic patet quō per potentias anime nostre tanq̄ per speculū videre possumus deū verū vnū in trinitate et trinitatē i vnitate. Unde Bernar. O beata trinitas. eternitas. veritas. bonitas ad te clamat anima trinitas. Memoria ratio seu intelligentia voluntas. Sed quia istud speculum frequenter in lutū proycimus vitiorū. ideo i sic deturpato male videmus aliquid diuinorū nisi prius emūdet p quādā nobis accidētalē actum pbor. Sicut. n. est vna essētia diuia in tribus personis purificans oīa sic est vna pnia integrata ex partibus suis scilicet cōtritione. cōfessione et satisfactione emundans corda. Et cōtritio quidē q2 per eā peccator iustificatur q̄d est potentie maxime. et maioris q̄ creatio celi et terre sm Augu. Ideo contritio patri adaptatur cui attribuitur oīpotentia. Confessio vero quia per ipsā manifestāt occulta. et cū veritate fieri dz ipsa attribuitur filio. qui lux est manifestatiua et veritas prima. Satisfactio autē q2 finis est penitentie procedens ex vera contritione et confessione. et bonitatez operū penaliū habet. spiritui sancto attribuit. Et q̄muis ipse partes. seu actus pnie. s. cōtritio. cōfessio. satisfactio realiter sint distincta in vna tamē penitētie essentia conueniunt. Et sic videmus deum per speculum anime rationalis.

Septimū speculū in quo deus videri pōt.

¶ Septimū et vlti/ .§. xi.

mū speculū est natura angelica seu intellectualis que i vna natura spirituali sine corpulētia seu materia existens in tres hierarchias distincta. nobis indicat mysteriū trinitatis. Et modicā quidā noticiā de his habemus quā quidez nobis tradidit apostolus paulus raptus ad tertiū celū. s. supreme hierarchie. per dionysium ariopagitā discipulū suū et sūmū phm. Per hāc igitur naturā angelicā consideratā velut per speculū. et si a nobis multū remotū. videmus dei sublimitatē incōprehensibilez. et hoc ex tribus sententiis et cōclusionibus circa materiā angelorū tanq̄ ex tribus ptibus huius speculi. Pria ergo snia dionysij ē q̄ minimus angelorū sz suam naturalē essentiā. est nobilior et

Perfectiores sunt angeli hominibus

perfectior quacūq̄ aīa humana sm suaz naturā. Ueritatē huius sententie ifirmauit dñs Jesus qñ dixit Math. xi. Inter natos mulierum non surre. ma. ioan. bap. Qui autem minor est in regno celorum maior est in illo. Notanter autez dixit non surrexit. Surgere enim est ex imo in altū eleuari. Oēs aūt sancti in imo originalis peccati nati. tunc releuati sunt in altuz et surrexerūt qñ purgati ab eo ad gratiā peruenerūt. Christus non surrexit hoc modo. quia imo originalis nūq̄ fuit. et ideo sine comparatione christus est maior Joāne. ¶ Quando autem christus hoc dixit in regno celorū soli angeli erant non anime: minorē ergo angeluz dixit maiorē ioāne suppremo sanctorum et maxime glorioso. ¶ Secūda sentētia dionysij est q̄ numerus sit incōprehensibilis quod dñs dixit Job penulti. Si nosti numerū militū eius. Sicut enim stellas celi solus ille dinumerat qui eas fecit. Sic et angelos qui stelle nominantur Unde Baruch. iiij. Stelle dederūt lumē in custodijs tuis. quas scilicet faciūt erga homies. De qua custodia saluator dixit in euangelio. Angeli eorū in celis semper vident faciem patris. Mathei. xviij. Super quo vbo dicit Hieronymus quod confirmauit magister sentētiaruz in. ij. q̄ quelibet anima ab exordio sue natiuitatis maris et femine. fidelis siue infidelis boni vel mali. habet angelū ad sui custodiam deputatū. qui sz theologos sunt de ordine infimo angelorū. Unde oportet q̄ tot numero sint in ordine illo quot sunt homies in mūdo qñ vnq̄ plures fuerūt. Et vltra numerū hoīuz adhuc oportet esse tot plures quot sūt species aliarū creaturarū: q2 quelibet species et quodlibet celū. habet specialez angelū ad sui gubernationē. Et cū videamus in creaturis corporalibus vt elemētis et celis illā que superior est esse decies maiorē quātitate cōtinua q̄ inferior. Sicut aqua decies maior est q̄ terra. Et aer decies maior ē q̄ aq: et ignis decies maior ē q̄ aer. Et celi ēt similiter multo maiores q̄ ista visibilia. A simili vr̄ q̄ iudicare debeamus de inuisibilibus. Cū igitur in angelis nō sit quantitas continua. quia corpore carent. attendēda est in eis quātitas discreta seu numeralis. vt sm predicta forte scōs ordo Archāgeloruz sit maior primo i decuplo: et tertius ordo pricipatuum sit maior numero ordine archangelorū in decuplo. Et sic de singulis ascendendo vsq̄ ad supremum scilicet ordinem seraphicum. Si ergo infimus ordo est plusq̄ milia milionum. quot erant archangeli. quot pricipatus quot ceteri quis poterit dinumerare. ¶ Tertia sententia dionysij est. quo homines pre stupore deficiētes facit q̄ vnus angelus est distin

De numero angelorum

De angelorū distinctione.

ctus ab altero non solum numero sed specie. Non enim distinguuntur abinuicem angeli sicut petrus a martino. ꝛ martinus a ioãne. ꝛ anima vna ab altera. que solum est distinctio numeralis non specifica. Sed differunt eo modo quo agnus differt ab equo. equus a boue. bos a leone. Leo ab hoie. inter que est differẽtia specifica. Ut autẽ dicit phũs i libro meth. Species rerum sunt sicut numeri. Sicut eniꝫ quilibet numerus addit ad inferiorem se ad minus vnam vnitatem. Sicut numerus ternarius addit ad binariũ vnũ. sic quelibet species creature addit vnum gradum perfectionalis essentie ad minus ad aliam speciem inferiorẽ. Ex dictis ergo formo conclusionẽ talem. Infimus angelus est nobilior ioãne baptista in sui natura. qui Joãnes maximꝰ creditur sanctorũ ꝛ per cõsequens gloriosissimus ꝛ speciosissimꝰ. Secũdus angelus ẽ nobilior p̄lo vno gradu p̄fectiõalis eẽntie. Et tertiꝰ sc̃do nobilior vno alio gradu p̄fectiõis. Et sic sp̄ ascẽdẽdo vsqꝫ ad supremum infimi ordinis angelorum. qui vt dictum est sunt plus q̄ꝫ milia milionum. Quis ergo poterit non dico narrare. sed vel parum intelligere nobilitatem. speciositatem magnificentiam. ꝛ gloriam illius angeli superni. certe nullus neqꝫ moyses neqꝫ ioannes nec petrus nec paulus cum viuebant. Ascẽdatur ad alios octo ordies gradatim semper addendo perfectionem maiorem. cum ventum fuerit ad supremum seraphin. nonne deficiet mens pre stupore in consideratione tante nobilitatis. Et quia super seraphin residet dominus deus noster vt eminentior cunctis sine comparatione. ꝛ omnes creans ꝛ regens ꝛ perfectionem eis infundens. sic per istud speculuꝫ nature angelice videmus deum. ꝛ si obscure tamen prout possumus eminentissimum. nobilissimũ. p̄fectissimum. vniuersale ꝛ summũ bonum. Et de hoc speculo nature angelice potest intelligi illud Sap. septimo. Speculum sine macula. Nunq̄ꝫ enim in eis angelis reperta est macula culpe scilicet in beatis angelis sicut reperta est in speculis animarum. Et hoc quo ad primum principale.

Quid est enigma

Secundo dice . §. xij. batur ꝙ in auctoritate apostolica inueniebatur speculatio prophetalis cum subditur in enigmate scilicet videmus nunc. Enigma vt habetur in catholicon. est sententia seu locutio obscura. occulta per similitudines rerum. sub quibus fit ꝛ difficile est intelligere nisi exponatur. vt illud quod proposuit phylisteis sanson. De comedente exiuit cibus. ꝛ de forti egressa est dulcedo. Judic. xiiij. quod illi intelligere non valebant nisi ipse exposuisset. videlicet ꝙ de ore leonis qui est fortissimum animal comedens ꝛ deuorans alia. eduxerat cibum dulceꝫ scilicet fauum mellis ibi repertum. Et dicitur enigma ab e. quod est in. ꝛ nigma quod est imago quasi sententia siue locutio facta sub imagine idest sub similitudie. Tales autẽ sunt locutiones prophetice communiter. Sicut eni ipsi vident deum siue diuina mysteria sub imaginibus ꝛ similitudinibus rerum sensibilium ita ꝛ populis preponunt. Sed que populis occulta ꝛ obscura erant proph ete ipsi videbant. Unde appellabantur videntes vt habetur primo regum. nono. Non tamẽ ꝙ ipsi clare viderent deum. sed sub imaginibus vt dictum est similitudinibus rerum sensibilium a deo impressis perfectius ꝛ celsius videbant diuina. q̄ꝫ videantur per septem specula supradicta. Poterant igitur ipsi dicere. Uidemus nunc in enigmate ꝛ non solum per speculum. nos autem per ipsa enigmata a doctoribus. vel potius a spiritusc̃to reserata deum cernere possumus. Et hoc sub septemplici eius dispositione erga nos videlicet.

¶ Primo in dispositione innitentis. ꝛ hoc quo ad penitentes.

¶ Secundo in dispositione instruentis. quo ad ignorantes.

¶ Tertio in dispositione stantis. quo ad laborantes.

¶ Quarto in dispositione sedentis. quo ad contemplantes.

¶ Quinto in dispositione deambulantis. quo ad iudicium expectantes.

¶ Sexto in dispositione comedentis. quo ad gloriam suscipientes.

¶ Septimo in dispositione regentis. quo ad angelos ꝛ omnes gentes.

Primo videt deum

¶ Primo modo . §. xiij. vidit deum iacob. vt habetur Genesis decimo octauo. Uidit enim in somnijs scalam stantem ꝛ dominum desuper innixũ scale. Ubi notandum ex ipsa visione Jacob aliqua preexigi ad dictam visionem. videlicet supplantationem vitiorum. ꝛ hoc ex interpretatione ipsius nominis. Interpretaf. n. iacob supplantator. i. conculcator vitiorꝫ ꝛ tentationũ ꝛ demonũ. Extinctionẽ concupiscentiarꝫ q̃d notatur ex eo quod post solis occasuꝫ illa vidit. Occasus autẽ solis feruentẽ ardorem concupiscentiarum extinctum designat. Assumptio quoqꝫ asperitatis ꝛ laborum adeo necessaria est. in cuius signum dicitur ꝙ tulit de lapidibus ꝛ supposuit eos capiti. Lapides duri asperitates tribulationũ ꝛ penitentie signant. q̄ꝫ ꝛ liga

tio sensuum corporalium ꝛ desideriorum car// nalium ostenditur figurate in hec q dormiuit. In ipsa aūt dormitione vidit scalam ꝛ angelos ascēdētes ꝛ descēdētes. ꝛ dñm innixū scale. Scala est penitentia seu cōuersatio bona. hec debet stare. s. per veram fidem. Ad Ro. xi. Tu autem fide stas. sed super terram per specie quia ipsa est que erigit mentez de terrenis ad superna. Ad Ro. v. Stamus. spe claritatis superne ere/ cti. Cacumen scale quod tangit celum charitas est. ipsa enim est ꝫm Aug. que ducit ad celum Angeli ascendentes ꝛ descendentes sunt vel ipsi ad litteram offerentes deo vota nostra. ꝛ refe rentes nobis eius dona. vel ipse affectiones ꝛ cogitationes ascendentes ad considerationem premij. ꝛ descendentes ad considerationez sui debiti supplicij. Innixus autem huic scale do/ minus manet in nobis ascendendi modū ostē/ dat Michee. ij. Ascendet pandens iter añ eos. Alliciens per promissiones ad ipsum ascēsuz. Innixus etiam manet super scalam. vt dexte// ram adiutorij ne deficiant. porrigat ꝛ demum senium ad gloriam trahat. Iuxta illud Ps. Te nuisti manum dexteram meaz ꝛc̄.

Ps. lxxij.

Secundo vi/ .§. xiiij.

Secundo videtur deus.

derunt prophe: ꝛ nos ex eorū relatu deum in sua dispositione instruentis. Et sic videt moyses deum quando ei apparuit in rubo ardēti. Unde dixit moyses. Uadam ꝛ videbo visionem hanc quomodo rubus ardeat ꝛ non consumat. Exo. iij. Rubus signat deum incarnatuz nos instruentem. Etenim deus noster ignis consumens est. Deute. iiij. Rubus pungens signat nostraz humanitatem nos vndiq penis pungentem. Ignis ergo in rubo est deitas nostre hūanitati vnita cum assumptis penalitatibus. Qui rub⁹ non consumitur nec ignis extinguitur. quia ex ipsa vnione humanitas non fuit cōsumpta seu conuersa in diuinitatez. nec diuinitas vnq̄ deseruit humanitatem. etiam in morte. ¶ In rubo autez apparens de tribus instruxit moysen ꝛ per eum omnem animam. Et primo reuerentie exhibitionem cum ei dixit. Ne appropies huc. Nimia enim familiaritas ꝛ facilis ꝛ fre// quens accessus ad aliquem solet contemptum inducere. propter quod magni prelati ꝛ domi/ ni temporales. non permittunt de facili acces// sum ad eos vel appropinquationem. vt magis habeantur in reuerentia. Unde ꝛ regem ma// gnum assuerum nullus adire poterat ad aspe/ ctuz eius sub periculo vite nisi vocat⁹. ¶ Per maxime autem in reuerentia debz haberi ꝛ cū reuerentia debet accedi consideratione pia non curiosa ad mysterium incarnationis. ꝛ ipsum in sacramento existentez. Hac reuerentia mot⁹ centurio dixit iesu. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Matth. viij. Et petrus apostolus cum ait. Exi a me domine q̄ homo peccator sum. Lu. v. ¶ Secundo instru/ xit in temporalium abrenunciatione. cum di/ xit. Tolle calciamenta de pedibus tuis. Calciamenta que fiunt de animalibus mortuis ꝛ ter re inherent. signant ista temporalia que in terra sunt. ꝛ de inanimatis. s. elemētis oriuntur a quibus pedes affectuum extrahi debent. Sicut enim puluis impedit visum si oculum in/ tret. ita ꝛ temporalia mentis intuitum erga diuina. ꝛ ita deprimunt affectum vt ad superna euolare non possit. Sicut viscus implicat pennas auium vt in altum volare nō possint. Et ꝑpterea vt ait Augu. Omnia terrena contem/ psit homo christus. vt ea cōtemnenda demonstraret esse verbo ꝛ exemplo nos ad hoc istruē do. Et quādo trib⁹ ex discipulis suis voluit manifestare gloriam suam de valle ad montē thabor. excelsum adduxit. Ubi cum viderunt trāsfiguratum Matthei. xvij. ad innuendum mū dum contēnendum. vt in altum contemplationis ascendi possit ad videndum deum. Tertio instruxit de affectus sui efficaci compassiōe in eo q dixit. Uidens vidi afflictionem ꝑpli mei qui est in egypto. ꝛ descendi liberare eū. Qđ impletum fuit in descensione eius de celo quā do post multa flagella immissa pharaoni. idest diabolo per eius doctrinam ꝛ miracula ꝛ ope/ ra sancta. Demum sanguine ipsius agni imaculati liberati fuimus de seruituti diaboli. Sz heu quia nemo est qui recogitet tantum bene/ ficium. Super quo ipse conqueritur Osee. vj. di. Misericordia vestra quasi nubes matutina ꝛ quasi ros mane pertransiens. Sicut eniz ros qui descendit de celo super terram ad fecundā dum eam ꝛ herbas adueniente sole subito de/ ficit ꝛ siccatur. Sic misericordia qua christus nos liberauit. ꝛ ideo nostra dicit̄. quia nobis facta cum a deo processerit ad replendum nos fructu bonorum operum. superueniente calo/ re tentationis vel tribulationis modice. subi/ to deficit in memoria nostra. ꝛ siccatur effect⁹ suauitate tanti bñficij infructuosus remanēs.

Tertio videre .§. xv.

Tertio videt deus.

possumus deum enigmate ꝑphetice visionis per modum recti manentis. i. auxiliū ferentis laborantibus. sicut ipse deus incarnatus. laborantibus discipulis in remigando propter vē/ tum contrarium apparuit eis rectus manens sa per vndas maris ꝛ eos iuuans amota tēpesta/ te. Laborant autem aliqui ex tribulatione qui/ bus fert auxiliū patientie. Unde ipse dicit. Cū trāsieris ꝑ aq̄s tecū ero. ꝑ aq̄s. s. tribulatiōis ꝛ

flumina nō opient te magnarū. s. passionū & persecutionū nō absorbebūt rōnem. Sed vt dicit Aug. q mala equanimiter toleramus ab illo scz deo est nō nr̄a potētia. Et in signū huius stephanus prthomartyr in tribulatione lapidationis positus dixit. Ecce video celos aptos & Jesum stātem a dextris dei. Jdeo stantē. vidit q̄si paratū eū iuuare. Act. vij. Vñ cū magna dulcedine migrauit & pro inimicis lapidātibus exorauit. Laborāt alij in eliminatiōe vitiorum a se vel
Ps. vj. a proximis. Vñ ps. Pro retributiōe suorum vitiorum dicebat. Laboraui in gemitu meo. Labor est enim recogitare a do lore de peccatis suis. Et apls discipulū suū Thitū hortat. ad extirpādū vitia aliorum p doctrinā dicēs. Labora vt bo
ij. ad Thi/ tū. q. nus miles Jesu xp̄i. Et ad hūc laborez necessarium est adiutoriū dei. Jn huius regt signum vidit Amos dn̄m stātez sup altare: dixit. Percute cardinez & cōmouebunt superliminaria. Auaritia eniz in capite omniū. Amos. ix. Per auaritiam que cupiditas etiam dicit radix omniū malorum notat generale pctm̄. Amos typuz gerit illorum qui laborant ad eliminationem vitiorum qbus apparet dn̄s stās adiuuādū ↄstātiā imittendo. Sed sup alta dr̄ stare vt ostendat q ois ptās ecclesiastica a dn̄o deo est. Sz vide qd dicit pcute cardinem. Per cardines signantur superiores peccātes qui debēt increpationibus & obiurgatiōibus castigari. vt supliminaria. i. inferiores per exēplum eorum valeant ad pniam cōmoueri. Unde moyses dure arguit aaron de
Exod. xxxij. cōflatione vituli. Et dn̄s fecit suspēdi. xij. pncipes tribuum qn̄ ppl's fornicatus est in moab. ¶ Laborāt alij in formatione morum. parum est enim eliminare vitia nisi & mores informētur. Unde dictum est Hiere. j. Ecce ↄstitui te super gētes & regna vt euellas & destruas q̄tuz. s. ad vitia & edifices & plātes q̄tū ad virtutes & bonos mores. Sed q: sine me nihil potestis face
Psal. lxxviij re ait xp̄s. Joh. xv. Jō posui adiutoriū sup potētē. i. laborātē ait dn̄s. Et in huius figuraz vidit Amos. vij. dn̄m stātē sup murum litu. & in manu eius trulla cementaria. Murus litus est ecclesia fortis & ↄstans ex pluribus fidelibus tanq̄ viuis lapidibus edificata & calce charitatis vnita. & modestia linita & ornata. sup quā stat dn̄s tanq̄ regens & gubernās in cuius māu est gr̄a que signatur per trullā cemētariam. quia sicut trulla cemētaria ad edificationem valet & linitionem murorum. Sic gratia ad instructionē morum & informationem.

¶ Quarto vidēt .§. xvi.

Quarto videtur deus prophete deū & nos per illos in enigmate. per modum & dispositionē sedentis. & hoc quo ad cōtēplationes. de quibus pōt intelligi illud qd dn̄s dixit Esa. vlti. celū mihi sedes est. celum. i. homines celestes & ↄtēplatiui. Sedet aūt super tales vt cogitationes & affectiones eorum ad huiendū sibi assistere faciat. & eos secreta i udicia doceat. Jn cuius figura Micheas pph̄eta qd viderat in enigmate. i. imaginarie exp̄ssit di. Uidi dn̄m sedētem sup soliū suum & oēm exercitum celi assistētem ei. & ait dn̄s. Quis decipiet achab regē isrl' vt ascendat & cadat in ramoth galaat. Et cum diuersi diuersa dicerent ex assistentibus. egressus est spūs qdam ait. Ego decipiam illuz in hoc videlicet. q: egrediar & ero spūs mēdax in ore oium pphetarum eius. Et dixit dn̄s decipies & preualebis. egredere fac ita iij. Reg. xxij. Per exercitū celi dn̄o assistentem a dextris & a sinistris signat ↄgregatio affectionum & desideriorum circa diuina vel humana q̄ debēt dn̄o assistere. Per locutionem dn̄i ministris suis factā. intelligunt occulta iudicia ministerio angelorum exequēda per assensuz domini ad deceptionē achab signat pmissio eius qua pmittit homines & pcipue rectores decipi & deficere in spūalibus & tpalibus. ¶ Scd̄o sedet in cōtēplatiuis vt eos gr̄a sua repleat. Juxta illd. Dn̄s in celo sedes eius. Jn cuius figuraz dicit Esa. vj. c. Uidi dn̄m sedentem super soliū excelsum & eleuatuz & plena erat domus maiestate eius. & ea que sub ipso erāt replebant templū. Seraphin stabant super illud. sex ale vni & sex ale alteri. Et clamabant alter ad alterum. Sanctus sanctus sctūs dn̄s deus exercituuz. Solium dn̄i est anima sanctorum. Et hoc soliū est eleuatum a desiderio terrenorum. Et est excelsum in contemplatione diuinorum. Et tūc domus mentis repletur maiestate eius. i. gratia. Seraphin autem qui denominant abāncēdio qui stabant super illud. i. iuxta illud signāt ardentia desideria diuini amoris que dicūt. Sāctus sanctus sanctus dominus deus &c. quia ex amore procedunt cum ammiratione ad diuinas laudes trinitatis sanctissime. in vnitate essentie. Exinde impletur domus fumo. idest mens seu conscientia humili deuotiōe. ¶ Tertio dominus in eis sedet vel potius amplexatur vt eos mirabili gustu cōsolationis reficiat. iuxta illud Cañ. ij. Dextera illius amplexatur me. idest contemplatio de ipso sponso deo. me sibi vniet & summe consolabitur. Jn cuius figuram legitur q apparuit dominus Jacob cuz solus remansisset separatis a se familia & substantia. & luctabatur cum eo vsq₃ mane. & cum eum superare nō posset. tangens neruuz femoris eius statim emarcuit. Ubi & mutatū est nomen ipsius de iacob in israel. quod interpretatur videns deum. Unde dixit. Uidi dominuz facie ad faciez. & salua facta est anima mea. be

nedictionem qz ab eo recepit. vt habetur Ge/
nesis trigesimosecundo. Luctamen istud Ja/
cob cum deo instantiam signat orantis. Duo
brachia luctantis sunt fletus seu compunctio
et oratio. Unde dicitur Osee duodecimo de
isto iacob. qz fleuit et rogauit. Sicut autem ille
qui luctatur cum aliquo. scilicet brachio ali/
quando videtur deijci et superari. aliquando
deijcere alium et superare. ita et orans siue con
templans. aliquando orationem videtur subij
cere et superare. in puncto apprehendens ali/
quid diuinum super se. aliquando videtur deij/
ci grauatus carne et obfuscatus fantasie vt fu/
re diuina apprehendere non possit. Uerum
si preualere vult. luctari debet vsqz mane. idest
perseuerare in orando. contemplando vsqz ad
mane superne glorie. In hec autem lucta re/
cepit benedictionem. videlicet magne conso/
lationis. et marcescit neruus femoris. quia ex/
tinguitur carnalis appetitus. gustata enim sua
uitate spiritus desipit omnis caro. quia maxi/
ma est. et si parum duret actualiter. Unde Ber
nardus. Felix cum inuenero. scilicet dominum
tunc amplexus tunc oscula que vincunt mellis
pocula. Sed in his parua morula.

Quīto vi deꝰ

¶ Quinto videt .§. xvij.

prophete deum enigmatice per modum deam
bulātis. Et hoc quo ad iudicium expectantes.
Sed quis stabit ad videndum eum. Ipse enim
quasi ignis conflans et quasi herba fullonum.
malach. iij. Deambulabit autem quia in forma
humana assumpta. de celo descendet ad terrā.
et videbit eum omnis oculus etiam qui eū pu/
pugerunt. Apoc. j. Hoc autem vidit daniel vi/
sione imaginaria. Unde ait. vij. c. Uidebam in
visione mea nocte. et quatuor bestie grandes
ascendebant de mari diuerse inter se. Primam
similem leone habentem alas aquile. Secūdam
similem vrso tres ordines dentium habens in
ore. Tertia similis pardo habens alas quatuor
et capita quatuor. Quarta terribilis et mirabi/
lis et fortis. habens dentes ferreos comedens
et cōminuens et reliqua pedibus conculcans.
habens cornua decem. et de medio eorum or/
tum est aliud paruulum. Que quidem quatuor
bestie designant quatuor monarchias mundi
principales. s. assiriorum persarū et medorum
quo ad secūdam. grecorum quo ad tertiam et im
periū romanorū quo ad vltimam. Decem cor/
nua signant decem partes in quas scindendū
est imperium romanorum. Cornu paruulū anti
christus est qui orietur in tali diuisione. Pene
omnia ista regimina perambulauit dominus.
ipsa gubernando et de ipsis iudicando. et con/
ferendo temporaliter prout sibi placuit. Demū
cuncta simul regna cum comprehensis cū eis
simul est iudicaturus perambulans de celo vt
dictum est ad terram. Unde in visione illa di/
xit ipse Daniel. Aspiciebam et ecce in nubibus
celi quasi filius hominis veniebat: quia vsqz
ad antiquum dierum peruenit. vt scilicet ma/ Xps ve
nifestetur qz potestatem dedit ei pater qui di/ niet ad
citur antiquus dierum iudicium facere. Ue/ iudiciū
niet autem in iudicio ad tria. ad sui quidem ppter
exaltationem. vt scilicet ab omnibus videatur tria.
qz constitutus est iudex viuorum et mortuo/
rum. Unde in dicta visione subditur. qz dedit
ei potestatem et honorem et regnum. et omnes
populi tribus et lingue seruient ipsi. ¶ Ue/
niet secundo ad confusionem malorum. Jux/
ta illud Hieremie vigesimo. confundentur ve
hementer: quia non intellexerunt opprobri/
um sempiternum quod nunquam delebitur.
Et hoc signatur Genesis tertio. quando Adā
audiuit dominum deambulantem in paradi/
so post meridiem. Qui quamuis absconde/
rit se propter peccatum commissum. tamen
oportuit qz cum audiret et videret sententian/
tem. Adam quippe se abscondens peccatorem
designat excusantem peccata sua. propter que
indignum se facit dei visione. Audit tamē post
meridiem. idest post charitatis et feruoris ex/
tinctionem. vocem deambulantis dei venien/
tis. s. ad iudiciū. et quia nudum se agnoscit vir/
tutibus et gratia comparere erubescit. Domi/
nus autem arguit peccatores dure. scʒ illud Ju
de. j. Ecce venit dominus in nubibus contra
omnes. s. facere iudicium. et arguere impios.
Unde et ade dixit. Adam adam vbi es. Exinde
separat ipsos malos a cetu sanctorum. qd innuit
cum dominus adam emisit de paradiso volu/
ptatis. Demum ponit eum in mundo subiectū
innumeris penalitatibus. Sic reprobos ad in
fernum emittit acerbissimis penis cruciādos.
Tertio veniet in iudicio ad glorificationem bo/
norum. Juxta illud prophete. Ecce ego venio
et merces mea mecum est. Et in signum huius
vidit Joānes dominū deambulantem in me/
dio candelabrorum aureorū tenentem septem
stellas in dextra. Apoc. j. In septem candelabris
aureis notatur vniuersitas sanctorum haben/
tium aurum sapientie et veritatis. et ardorem
charitatis. In medio autem horū candelabro/
rorum ambulat vt hic in via eos sustentet cu/
stodiat et defendat. et in dextra sua que desi/
gnat gloriam et eternitatem septem stellas ha/
bet. idest septem dotes quibus sanctos beati/
ficat. scilicet impassibilitatem. claritatem. sub/
tilitatem. agilitatem: cognitionem: compre/

hensionem: et fruitionem.

Sexto vi: de⁹. ¶ Sexto vide- .§.xviii. tur deus enigmatice in dispositione comedentis. Unde ipse inquit Cañ. v. comedi fauū cū melle meo. Mel est christi humanitas que ē principium in vniuerso. Cera est genus humanum que ad electos. et vtranq3 deus comedit sibi vniendo. In huius figura legitur. Geñ. xviij. q⁹ stanti abrae ad ilicem mambre. et eleuanti oculos apparuerunt ei tres viri. Et vt dicitur in alia translatione. tres vidit et vnum adorauit. Intelligens ibi signari mysterium trinitatis. Unde quandoq3 loquitur in singulari ad exprimendum vnitatem essentie. quandoq3 in plurali ad denotandum pluralitatem personarum: dixit enim. Domine si inueni gratiam in oculis tuis ne transeas seruum tuum. sed afferam paululum aque et lauentur pedes vestri. et requiescite sub arbore ponamq3 buccellam panis et confortetur cor vestrum. postea transibitis. Quibus acquiescentibus fecit ex tribus satis simile. idest tribus mensuris farine bene purgate a furfure fieri sub cinericeos panes et vitulum vnum tenerrimum et optimum coquere. ipsosq3 panes subcinericios et vitulum coctum butirum quoq3 et lac posuit coram eis ad comedendum que oblata comederunt. Fuit illa visio prophetica. et si non imaginaria sensibilis tamen. Fuerunt enim illi tres angeli in forma humana apparentes. representantes deum vnum. In personis autem trinum. Pedes autem dei qui terram calcant significant genus humanum. In quo et christus comprehenditur vt verus homo. vnitus tamen deo.

Tria sūt necessaria saluādas. ¶ Tria autem innuuntur ex ista visione sub figura esse necessaria saluandis. et in deum per gloriam transformandis. Et primum est lotio in baptismo actu vel proposito. Nisi eni3 quis renatus fuerit ex aqua et spiritusancto non potest videri regnum dei. ait saluator. Joh. iij. Et signatur in ablutione pedum illorum apparētium. qui vt dictum est signant genus humanum quod in nouo testamento christo incorporatur. per baptismum quem ipse primo instituit et suscepit. non ad auferendum aliquem suum defectum. sed ad conferendum aque virtutem regeneratiuam. et nobis prebendu3 exemplum.

Apoc. xiiij. ¶ Secundu3 q⁹ requiritur in perueniendo ad gloria3. est purgatio plena a peccato per penitentiam. et alios modos post baptismum. Dicitur enim in Apo. de sanctis. Sine macula sunt ante thronum dei. Et hoc signatur in simila que est flos farine plene segregate a furfure Furfur enim quod est cibus communiter bestiarum signat peccatum. quo pascuntur et delectantur homines bestialiter viuentes. Simila autem signat puritatem a peccato. Tria sata simile designant puritatem que reperitur in vniuersa congregatione electorum in tribus partibus mundi scilicet asie affrice. et europe existentium. vel sub triplici statu scilicet actiuorum. contemplatiuorum. et prelatoru3. ¶ Tertium quod requiritur est conformitas vite cu3 christo per dolorem et amorem. qui sub figura panis subcinericij fuit ostensus helie. et inde confortatus. iij. Regum. xix. Panem enim se vocat dicens. Ego sum panis viuus. Johan. vj. Fuit enim hic panis sub cinere positus. in igne decoctus. quando in humiliatione crucis fuit vilificatus. et igne sue dilectionis crucifixus et mortuus. Omnes ergo electos ipsi op3 conformari. vt tanq3 panis subcinericius cib⁹ dei fiant. Juxta illud apl'i ad Romanos. viij. predestinauit scilicet electos suos conformes fieri imaginis filij sui. Istum igitur cibum. id est fideles baptismo christo incorporatos a peccatis mundatos. per dolores et labores cum charitate christo cōfirmatos. comedit sanctissima trinitas. idest sibi vnit et in se trāsformat in gloria. Sed in conuiuio hoc non ponitur subcinericius panis sine vitulo optime decocto. quia in mense diuine glorie nullus beatus positus fuit anteq3 christus per vitulum designatus. in ara crucis per passionem esset decoctus Butirum pingue designat multitudinem meritorum christi et sanctorum. Lac autem puritatem corporum. Et propterea se nobis dimisit in cibum in sacramento altaris. vt aliquando et nos efficiamur cibus ipsius trāsformati per conformitatem voluntatis in ipsum.

¶ Septimo vi- .§.xix. detur deus imaginarie in dispositione regentis. Et hoc quo ad regimen spirituale electorū et angeloru3. Et quo ad monarchias mundiales. Et hoc exprimit visio Ezechielis. quam habes. j. c. De quatuor animalibus. et rotis et homine sedente super thronum qui erat super firmamentum cristallinum. quod extentum erat super capita animalium. Et quo ad regimen spirituale exponit Gregorius super Ezechielē. et ipsa expositio infra secūdario ponitur. Quo ad regimen mundiale exponit Nicolaus de lyra super Ezechiel. scilicet de quatuor monarchys mundi. Et ipsa ponitur p⁹ Ezechiel. j. ca. Et vidi ⁊c. ¶ Hec visio imaginaria habet tres partes. Prima continet animalia apparentia Scd'a rotas apparentes iuxta ea. Tertia firmamentum apparēs sup capita aialiū. et desuper

Septimo videt deus — Expositio visionis Ezechie. prophete.

vestigium hominis sedentis super thronum. Ad intellectum prime partis considerandum q propheta videbat imaginarie nubem magnam ab aquilone venientem igne inuolutaz. eo modo quo apparet in coruscatione per aperturam illius nubis. videbat quatuor animalia in omnibus similia. licet aliqui dicant q apparebat tantum vnu. habens quatuor facies. Sz prima expositio magis littere concordat. s. q essent quatuor. Erat aute corpus animalis cuiuslibet eor erectum super pedes. et in superiori parte quadratuz. ita q facies hominis erat in parte animalis opposita directe aspectui prophete. et dicitur pars anterior. In parte vero opposita siue posteriori facies aquile erat. et in alijs duabus partibus sibi oppositis facies leonis et facies bouis. ita q facies leonis erat in dextera respectu faciei hominis. et facies bouis in sinistra. Et dicitur facies aquile desuper ipsorum quatuor. quia aquila habet collum longum. Et sic eleuabatur super alias tres facies. et quolibet animali erant similiter quatuor ale quarum due erant dimisse ad corpus tegendu. et due supius erecte ad volandum. et per extensione alarum erat ista animalia adinuice iuncta sicut homines in choreis. et in quolibet horum erant quatuor manus similes manibus hominu. et similiter quatuor pedes quorum tibie erat tales q flexa genua equaliter flectabatur ad quatuor partes oppositas. Et similiter planta pedis equaliter applicabilis pcedendo ad quatuor partes oppositas. Et sic omnia illa animalia progredi poterat ad quatuor partes oppositas absq corporis conuersione. sicut si homo haberet oculos in parte posteriori capitis sicut habet in anteriori. et genua equaliter flexibilia ad partes quatuor. et platas equaliter applicabiles ad ipsas partes. posset ambulare ad quatuor ptes oppositas sine corporis conuersione. Apparuit exinde vna rota composita ex duobus circulis habens quatuor facies. idest quatuor semicirculos et aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris idest talis coloris sicut videtur mare quado est quietum. Quasi si sit rota in medio rote. idest vna transiens p medium alterius intersecando se inuicem. plena oculis. idest picturis ad modu oculorum. sicut est in cauda pauonis. Quocunq ibat spiritus etc. idest ventus turbinis. vel spiritus viuificans que erat in rotis. Et similitudo super caput animaliu quasi firmamenti. idest celi stellati. et super firmamentu erat thronus saphirinus. et super thronum effigies hominis sedentis ad cuius nutu mouebantur animalia et rote. penne eorum recte idest sursum erecte alterius ad alterum. qr tagebant se extremitatib9. quasi sonum sublimis dei. idest sonum tonitrui q dicitur sonus dei quasi sonus ab eo factus. Cum starent demittebantur penne ille. s. penne q exigebantur cu volabat. deinde dimittebatur sicut fit cum aues cessant a volatu. Cuz fieret vox super firmamentum. idest preceptuz sedentis in throno velut aspectum arcus. idest yridis qui est splendidus. Et sicut ignis inuolues sicut apparet in choruscationib9 magnis. quatuor penne erant quatuor ale. Dicit ergo nicolaus de lyra. q designat propheta mala ventura de pxpinquo in hierusalem maiora q paterentur trasla ti in babylonia. Per ventuz igitur turbinis et nubem designat exercitum babylonis venientem ab aquilone. Per igne incendente intelligitur incendiu ciuitatis et templi futuruz. Per quaternariuz animaliu et facierum et rotarum intelligitur quaternarius numerus regnorum magnorum. sibi inuicem succedentiu. s. chaldeorum. persarum. grecorum. et romanorum. que regna infestauerunt populum iudeorum. Nec mirum q idem numerus pluribus similitudinibus figurat. Naz et Gen. xli. anni fertilitatis et sterilitatis plurib9 rebus designati sunt. s. spicis et vaccis. Per faciem ergo leonis que est prima sm descriptionem hebreorum signatur regnum chaldeorum seu babiloniorum que fuit primu inter ista quatuor. Unde et rex babylonis frequenter vocatur leo in scriptura iuxta illud Hie. iiij. Ascendit leo de cubili suo. Et sm aliquos habebat imaginem leonis in vexillo. Per faciem hominis intelligitur regnuz medorum et psarum. qd successit regno chaldeorum. Illud enim regnum seu dnium tractauit humanius populum iudeorum q cetera. Unde et cyrus dedit licentia redeudi in iudea. Per faciem bouis signatur regnuz grecorum. qr sicut bos impellit cornibus. ita regnum grecorum illum populum dei molestauit. et maxime tempore antiochi illustris. Unde vocat antiochus cornu modicu. Dan. viij. Per faciem aut aquile intelligitur regnum romanorum. Unde et aquila signum est humani imperij seu vexilli. Per alas intelligit angelica potestas presidens istis regnis. quia ista inferiora administrantur per angelos. Per hoc autem q animalia et rote ibant ad quatuor partes signat dilatationem istorum regnoruz ad alias partes. Per velocem motum et terribilem aspectum intelligitur robur et ferocitas eorum. Per manus autem opera eo q manus est organum organorum. Per firmamentum quod erat super caput animalium. signatur pars superior mundi que est locus beatorum. Per sedentem in throno supra firmamentuz signatur deus presidens omni creature et celesti et terrestri. ad cuius nutum oia disponunt. Un et ad preceptuz sedetis in throno. aialia gescebat et mouebant. qr ipse

mutat

mutat tempora et etates transfert regna atque constituit. Dan.ij. Per hoc autem quod apparebat in forma humana. figurabat quod erat in tempore humanandus. Per hoc quod apparebat in specie electri. quod est auro vel argento fulgidius: figurabat sapientia eius cuius non est numerus. Per hoc quod a parte superiori retinebat a lumbis et sursum retinebat splendorem interius. et in parte inferiori a lumbis et infra emittebat splendorem exterius intelligitur quod divina sapientia prout est in ipso est nobis occulta. Manifestatur autem nobis aliqualiter per suos effectus secundum quod dicitur Ro. j. Invisibilia dei per ea etc. Sic igitur in predicta visione describitur divine providentie supervenientis status sive virt'. ¶ Et Gregorii expositio. Primo ponit reproborum conditionem signatam in turbine caligine et igne quos christus iudicat. Secundo electorum sanctam conversationem signatam in animalibus et eorum circumstantiis: precipue de rotis sequentibus ea que designat sacra eloquia. Tertio angelorum perfectionem signatam in firmamento et throno que erant super ala. Quarto christi dei et hominis super omnes exaltationem et illustrationem. simili homini sedenti. ¶ Vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone etc. Qr ventus aquilo aerem constringit in frigore: non incongrue turbationem maligni spiritus designat. Venit ergo ventus turbinis ab aquilone: cuius vitam iudici populi malignus ipsos in tentatione concussit. ¶ Sequitur Nubes magna: quia quanto plus exarsit in credulitate. tanto amplius obcecari meruit ignorantie caligine ad cognoscendum christum. ¶ Et ignis involvens. Qui designat malitiam in persecutionis iudeorum erga christum et suos. ¶ Et splendor in circuitu eius: quia dum persecutio in iudea acta est apostolorum predicatio dispersa est in mundo universo. ¶ Et de medio eius: idest ignis quasi electri. Electrum designat dominum iesum christum. In electro.n. aurum argentum ignisque miscetur. Et argentum ad claritatem crescit. Unde et signat naturam humanam in christo: quasi crescentem ad gloriam et manifestationem sue divinitatis. Aurum vero a suo fulgore pallescit et signat naturam divinam in christo. que a sui fulgore potentie per opera sue humanitatis se temperavit et utraque natura divina humana in ipso una persona fuit electrum ergo in igne est deus homo factus in persecutione. ¶ Et in medio eius similitudo quatuor animalium eius: scilicet sive electri sive ignis. Per ista quatuor animalia signantur quatuor evangeliste. vel etiam omnes perfecti qui christo sunt uniti: et a multis persecuti perfecta opera iuxta evangelica precepta egerunt. ¶ Et hic aspectus eorum similitudo hominis in eis. quia videlicet sancti homines vitam similem tenent christo. quin per excellentiam dicitur homo in presenti. et demum similitudinem glorie cum ipso in corpore et anima in futuro recipiunt. ¶ Et quatuor facies uni et quatuor penne uni: scilicet animalium predictorum. quia per faciem homo cognoscitur et per fidem a deo cognoscimur. et ipsum cognoscimus. ideo per faciem fides sanctorum designatur. Et quia per pennam in altum corpus avis sublevatur. Ideo per pennam contemplatio qua mens ad deum levatur significatur. Quatuor ergo facies unicuique animalium sunt et quatuor penne. quia notitia fidei qua cognoscuntur a deo ipsa est in uno que est simul in quatuor: et similiter una de eo contemplatio. ita ut facies pertineat ad notitiam humanitatis penna ad cognitionem deitatis. ¶ Et pedes eorum pedes recti. quia scilicet sancti ad mala mundi que reliquerunt non reflectantur. ¶ Et planta pedis eorum planta pedis vituli quia scilicet predicatores et alij sancti in locutione habent maturitatem. in actione fortitudinem: in mente discretionem designatam in divisione ungule pedis vitule. Vitulus etiam mature incedit. et fortiter laborat. Et scintille quasi aspectus eris candentis. Es quod est sonorum signat predicationem. quia in omnem terram exivit sonus eorum. scilicet apostolorum es candens idest predicatio fervida et ignita. Scintille huius eris sunt parve sententie de superna gloria ab eis expresse: que auditores incendunt sed loqui non valent etiam quod intelligunt: et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partes possumus principales quatuor virtutes accipere. ex quibus relique oriuntur. videlicet prudentiam: fortitudinem. iustitiam. ac temperantiam. per manus autem activa vita designatur: et per pennas contemplativa. Manus ergo hominis est sub pennis eorum idest virtus operis sub volatu contemplationis. et activa prior est tempore. Contemplativa vero superior merito et dignitate. ¶ Et iuncte erant penne eorum unius ad alterum. quia scilicet omnis virtus sanctorum: omnis sapientia eorum qua alios contemplationis volatu transcendunt vicissim sibi in pace atque unanimitate iunguntur. ¶ Non revertebantur cum incederent. quia sancti sic a terrenis actibus: ad spiritualia transeunt ut ad ea: scilicet terrena nullatenus reflectantur. ¶ Sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur. Ante nos eterna sunt et sancti viri in eternis que appetunt pedem boni operis ponunt. ¶ Similitudo vultus eorum facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quatuor. Facies autem vituli a sinistris ipsorum. ¶ Et facies aquile desuper ip

eorum quatuor. Iste quatuor facies designant quatuor euangelistas propter proprietatem materie de qua agunt in euangelijs suis: similem predictis animalibus. Nam Matheus est de incarnatione et ideo per hominem signatur. Marcus de predicatione resurrectionis, et ideo per leonem figuratur. Lucas de passione, et ideo per vitulum animal immolaticum figuratur. Incipit etiam euangelium et terminat circa templum. Ioannes de eius diuinitate: et ideo per aquilam altissime volantem describitur. Christus etiam de quo tractant fuit homo in incarnatione et conuersatione. Leo in resurrectione. Vitulus in passione. Aquila in ascensione. quilibet etiam perfectus habet virtutes per hec animalia designatas. Dicitur autem facies hominis et leonis a dextris ipsorum: quia de incarnatione vnigeniti et resurrectione omnes electi letati sunt. Facies vituli a sinistris aspicitur quia de passione christi discipuli contristati sunt. sinistrum enim dicimus quod nobis est aduersum. Facies aquile desuper ipsorum dicitur: quia diuinitatem eius altius ceteris descripsit. ¶ Et facies eorum et penne eorum extente. Quod omnis intentio operis omnisque contemplatio sanctorum super se tendit vt possit adipisci que in celestibus appetit. Due penne singulorum iungebant: et due tegebant corpora eorum. quatuor penne horum animalium quatuor virtutes sunt videlicet amor et spes in futuris. timor et penitentia seu dolor de preteritis. Penne ergo sibimet iuncte superius extenduntur: quia sanctorum mentes ad superna eleuantur. Iuncte autem dicuntur quia sancti amant celestia que sperant et que sperant que amant. due vero penne corpora tegebant: quia timor et penitentia a dei oculis eorum mala preterita abscondunt. Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat. qui se ante se ponit. vigilanter videt an deficiat vel surgat: vel quotidie in bonis excrescat. Ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur. Impetus spiritus est incitamentum ad virtutes varias quod est a spiritu: Sicut impetus carnis quem sequuntur reprobi est instigatio ad vitia varia. ¶ Et similitudo animalium quasi carbonum ignis ardentium: et quasi aspectus lampadum. qui carbones tangit incenditur. et sic qui cum sanctis conuersatur in dei amore exardescit. Lampas lucem suam longius spargit. et sic vita sanctorum etiam longe posita per bona exempla lucet et illuminat. et in medio animalium splendor ignis: quia scilicet ignis spiritussancti: a peccatorum rubigine mentem quam replet mundam reddit. ¶ Et de igne fulgur egrediens. quia ipse spiritus ex se per electos flammas amoris proijcit: vt more chorusecationis: et per terrorem feriat et ad amorem accendat. ¶ Et animalia ibant et reuertebantur in similitudine fulguris chorusecantis. quod supradictum est quod cum ipsa animalia ibant et non reuertebantur: intelligitur ad vitia non redeunt que dimiserunt. quod autem hic dicitur: quod reuertebantur intelligitur: quia de contemplatiua vita seu contemplatione in quo diu fixi manere non possunt ad vitam actiuam pro suis dium bone operationis reuertuntur. et hoc in similitudinem fulguris chorusecantis. quia celestia loquentibus dum per eos supernum lumen intus micat ad amorem celestis patrie audientes inflammat. ¶ Cumque aspicerem animalia apparuit rota vna super terram. Rota scripturam sacram signat quia ex omni parte ad auditorum mentes voluitur: et nullo erroris angulo a predicationis sue via retinetur. ex omni parte voluitur. quia inter aduersa et prospera recte et humiliter incedit circulus preceptorum: modo sursum. modo deorsum est: quia ipsa que perfectioribus spiritualiter dicuntur infirmis iuxta litteram congruunt: et ipsa que paruuli iuxta litteram intelligunt docti viri per spiritualem intelligentiam in altum ducunt. Apparuit autem rota super terram designantem peccatores: quia legem super corda peccantium deus dedit habens quatuor facies: que rota quatuor facies habere dicitur ex eo quod scriptura sacra vtriusque testamenti in quatuor partes est distincta. Vetus enim testamentum in lege et prophetis. Nouum vero in euangelijs atque apostolorum actibus et epistolis. ¶ Et aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris quia videlicet in sacris scripturis per rotam signatis magna sunt volumina sententiarum: cumuli sensuum. Nec immerito mari scriptura similatur. quia firmantur in ea sententie locutionis sacramento baptismatis. ¶ Et aspectus earum et opera: quasi sit rota in medio rote. Rota intra rotam est testamentum vetus. Rota vero in medio rote est testamentum nouum in veteri comprehensum. Quod enim ibi futurum promittitur in nouo impletum ostenditur. ¶ Per quatuor partes earum ibant. Vadit rota predicando cum quem promisit: et promissum impletum ostendit. ¶ Et per quatuor partes vadit quia in quatuor mundi partibus redemptor de quo loquitur predicatus fuit. et non reuertebantur: scilicet rote cum ambularent. quia dum nouum testamentum non rescinditur: dum vetus non carnaliter: sed iam spiritualiter intellectum tenetur: post se non redeunt quia vsque ad finem mundi immutabilia persistunt. ¶ Statura quoque erat rotis et altitudo et horribilis aspectus ad terrorem gehenne cruciationis.

Scriptura igitur sacra rotam designans sta/
turam h3 in rectitudine preceptionis. Altitu
dinem in celsitudine supne promissionis. Hor
ribilem vero aspectus in minis supplicij sequen
tis. Et reuertens propheta ad loquendum de
animalib' predictis dicit. Et totū corpus ple
num oculis in circuitu ipsarū quattuor: qr vi
deli3 sctōꝝ actio ab omni parte circūspecta est
bona desiderabiliter puidens: ꝛ mala sollici-
ter cauēs. Et ibi notat quō virtu sub specie vir
tutu3 suggerunt. Cūq3 aialia ambularēt pari-
ter ꝛ rote iuxta ea. Et cum eleuarentur anima
lia de terra. eleuabant simul ꝛ rote. Ambula
bant animalia cum sancti viri in scriptura in
telligunt quemadmodum moraliter viuant.
Eleuant vero a terra cum se in contemplatio
ne suspendunt Et qr vnusquisq3 q̄nto in scrip
tura sacra proficit: tāto ꝛ eadē scriptura pficit
apud ipm. Ideo di q̄ rote ambulabāt vel ele
uabantur cum animalib'. Quocunq3 ibat spi
ritus ꝛ rote pariter eleuabant sequentes eum.
Quo enim spūs legentis tendit. illuc ꝛ diuina
eloquia eleuantur. Legentis enim spirit' si qd
in eis scire morale aut hystoricum querit sen
sus hunc moralis hystorie sequit. Si quid tibi
cum mor figurata locutio cognoscitur. Si qd
contemplatiuū statim rote quasi pēnas accipi
unt. ¶ Cū eūtib' ibāt cū stātib' stabant: ꝛ cum
eleuatis a terra pariter eleuabāt. Vadunt cū
euntib' quia eos qui se ad vtilitatem proximi
extendunt. sacra eloquia dictoru3 suoꝝ passus
in eius itinere disponūt. Stant rote cum stan
tibus animalib'. quia eos: qui fortes sunt in fi
de. vt aduersis euntib' resistant. ꝛ 3dicentes
reuincant. rectitudinem suam sacra eloquia
confirmant. ¶ Cum eleuatis eleuantur. qr in
quantum quisq3 ad alta cōtemplationis ꝛ per
fectionis profecerit. tantum ei sacra eloquia
de altiorib' loquuntur. Spiritus vite erat in ro
tis. qr scilicet dilectionem dei ꝛ proximi capi-
mus in eloquiis diuinis que vita est anime.
¶ Et similitudo super capita animalium fir-
mamenti. quasi aspectus cristalli horribilis.
Nomine firmamenti potest intelligi angeli-
ca natura que creata est cum libero arbitrio
flexibili ad bonum ꝛ malum. Quibusdam au
tem ex eis labentibus alij confirmati sunt: ita
vt iam fluere non possint. ꝛ ideo signantur con
grue per cristallum. quod ex aqua fluxibili fit
sed ita obduratur vt liquefieri non possit. Hor
ribilis dicitur iste cristallus quia nobis pauē
de sunt angelice potestates: ꝛ insuper capita
animalium extentum dicitur. quia supra in/
tellectum nostrum sunt perfectio ꝛ gloria eo
rum. Sub firmamento autem penne eorum re

cte alterius ad alterum. Tunc penne animali
um recte sunt alterius ad alterum. quādo bo
num quod quis habet proximo studet cōmu
nicare substantiam videlicet temporalem vel
doctrinam ꝛ huiusmodi. ꝛ audiebam sonum
alarum quasi sonum aquarum multarum: qr
scilicet ille virtutum sonus qui in aures dei
prius ex paucis sanctis incarnato domino fa
ctus est postea diffusa predicatione de christo
per orbem ex aquis multis: idest ex populis in
numeris conuersis multiplicatus est quasi so
num sublimis dei. quia videlicet ipse deus im
plet mentes sanctorum ꝛ cordibus eorū amo
rem infundit. Ipse ex amantibus cordibus su
scipit precem. Vel quia laudem dei quam pri
us pauci sancti postea multi conuersi in mun
do predicauerunt. Demum in celo vniti cum
capite suo christo sine fine plene laudabunt. ꝛ
cum ambularent quasi sonus erat multitudi
nis vt sonitus castrorum. Animalia ambulāt
cum sancti predicando: ꝛ ad fidem trahendo
discurrunt. ꝛ quia quos conuertunt in laudes
conditoris simul exurgūt: fit quasi sonus mul
titudinis. ꝛ quia in predicatione eadem bel
lum contra demones conuersi assumūt. ideo
dicitur quasi sonitus castrorum. Castra enim
multitudines exercit' dicuntur. ꝛ cum fieret
vox super firmamentum quod erat super capi
ta eorum stabant ꝛ submittebant alas suas.
quia videlicet sanctorum mentes cum creato
ris sui potentiam intenta contēplatione con/
siderant: vilescunt eorum animo ṽtutes quas
habent. ꝛ hoc est submittere alas que virtutes
signant. vel etiam cum cōsiderant iudicia dei
que consideratio vox dicitur super firmamen
tum timent ꝛ se humiliant quantumcunq3 san
cti sint. ꝛ super firmamentum imminens ca
piti eorum: quasi aspectus lapidis saphiri si
militudo throni. Thronus designat angelos
supremos. Sicut firmamentum inferiores.
Saphirus qui habet colorem aereum signi-
ficat dignitatem ꝛ perfectionem maiorem su
periorum angelorum. ¶ Et super thronum
quasi aspectus hominis desuper. quia videli
cet super angelos etiam supremos eleuatus
est homo Iesus Christus Deus noster. ꝛ vidi
quasi speciem electri: scilicet illum hominem
super thronū. quia videlicet vtraq3 natura di
uina ꝛ humana in christo est: vt supra exposi
tum est de electro. ¶ Velut aspectus ignis in
trinsecus per circuitū eius a lumbis ꝛ desu-
per. Et a lumbis vsq3 deorsum. Quasi spe-
ciem ignis splendentis in circuitu. qr. s. ante
incarnationem q̄ in lūbis designat vnigeniti
dei sola iudea itra se ardorē amoris ei' habuit.

Sed post incarnationē eius ignis resplēduit. qr vniuerso mundo gentib⁹ claritatem spūssci effudit Vel etiā angelos ad amorē suū p diuinitatē reuuit. ⁊ hoies ad scti ardoris sui desideriū ex hūmanitate reuocauit. Hec oia Gre.

¶ Quantum ad tertium .§.xx.

De visione dī clara ⁊ eēntiali.

principale quod notatur in autoritate aplī. dico ꝗ demonstratur speculatio seu visio clara ⁊ eēntialis. Unde dicit Tunc autem facie ad faciem. s. videbimus deum in alia vita. Ubi sciendū Sm Tho. super eplas Pauli. i. ad Cor. xiij. super hoc verbo ꝗ deus. Sm ꝗ deus non habz faciem. Et ideo cum hic dī facie ad faciē: methaphorica locutio est. Dicimur eniz. tunc videre aliquem Sm faciem cum videmus psonā sicuti est. hoc autem vult dicere apls cuz ait. Uidebimus in pñta facie. i. videbimus dei eēntiā. i. Joh. iij. Uidebimus eū sicuti est. Hmōi autem visio in corpore mortali haberi nō pōt. Unde moysi hoc postulanti dixit dñs. Uidebis posteriora mea: faciem autem meam videre non poteris. Exo. xxxiij. Uidere psonam ex parte dorsi est videre ipsam imperfecte. puta ꝗ sit nature rationalis. ꝗ sit vnus viuens magnus ⁊ hmōi. Sed quis vel qualis sit cognosci non potest nisi videndo faciez. Sic deus videri pōt hic quasi ex ptr posteriori: qr cognoscere possumus rōne vel fide deū vnū eē rōnabilē viuentē ⁊ imēsum: sed nō sicuti est in eēntia sua. Et si Moyses pure aliqñ vidit diuinaz essentiā in corpe ɔstitutus fuit visio illa quasi momētanea p modū passionis trāseuntis ⁊ nō duratiua p modū habit⁹ pmanētis: sicut est visio facialis pñte. ¶ Nec obstat huic snīe qđ dicit Jacob Gen. xxxii. Uidi dñz facie ad faciē. Nō enim pprie loquēdo fuit illa visio Jacob facialis: sicut est visio pñte: sed fuit visio imaginaria in qua sunt diuersi gradus. Altior. s. videre illud qđ apparet in ipsa imagine i qua apparet. Et ali⁹ gradus infimus. s. audire tm̄ vba. Ut ergo Jacob insinuaret excellentiā visionis imaginarie sibi ondse dixit. Uidi dñz facie. Nō ergo vidit deū p essentiā Sm b. Tho. vbi. s. ¶ Notādū est aūt Sm ipsuz be. Tho. ꝗ

Sensibile tripliciter pōt cōsiderari.

sensibile aliqd pōt triplr ɔsiderari. Primo p sui psentiā. Sicut ipsa lux que est psens oculo Scđo p psentiā sue similitudinis in sensu imediate deriuatā. sicut albedo que est in pariete videt non existēte ipsa psentialr in oculo sed eī⁹ similitudine. lz ipsa similitudo nō videat ab eo. Tertio p pñtiā similitudinis nō imediate deriuate ab ipsa re sed deriuate a simitudine rei. sicut cū vi aliqs hō p speculū Nō eni similtudo hois imediate est in oculo: sed similitudo hominis resultata. ¶ Loquēdo igit p hūc modū de visione dei. dicēdū ꝗ nāli cognitione solus de⁹ videt seipm. qr in deo idē est eēntia sua ⁊ suus intellectus. ⁊ iō eēntia sua est psens suo intellectui: nec aliqua creatura etiaz gℓificata pōt eo mō deū vidē sicut ipse videt seipm. qr hoc eēt simpliciter infinitū a finito cōprehēdi qđ non pōt esse. Unde Hiere. xxxij. dī de eo. Magnus sciētia ⁊ incōprehēsibilis cogitatu. ⁊ sic intelligit illud Matth. xi. qđ dixit. Nemo nouit filiū nisi pater: neqꝫ patrem qs nouit nisi filius. s. noticia plene cōprehēsionis. nec per dictionem exceptiuā nisi excludit spūssanctus. cuius cum patre ⁊ filio est vna plenissima cognitio. Et qđ sequitur in illa auctoritate christi. Et cui voluerit filius reuelare. Intelligendū est filiuz reuelare alicui patrē non noticia cōprehēsionis. sicut nouit ipe filius patrē: sed noticia apphēsionis sicut cognoscit a sanctis. Scđo modo put. s. per pñtiam similitudinis rei in sensu imediate deriuatam videt aliqd sensibile sicut albedo in pariete: videt ipa non assistente pñtialiter in oculo sed in similitudine. sic forte angeli nāli cognitione deuz vidēt. ⁊ hec visio fuit in angelis malis ante lapsum. Sed maiori lumine supaddito. s. lumine glorie angeli ɔfirmati vident deū facie ad faciez. i. clarissime suam essentiā. Unde saluator Matth. xviij. inqt. Angeli eoꝝ in celis semp vident faciem patris. Et sic sancti lumine glie eis cōmunicato faciem dei vidēt. Qđ ardēter postulabat ps. xli. dicē. Quādo veniaz ⁊ apparebo añ faciez dei. Et de ipo lumine glie ait idem ps. xxxv. In lumine tuo videbimus lumen. qđ lumen qdā dixerūt esse quādam similitudinez de deo creatam. sed hoc esse oino falsum ⁊ impossibile pbat bea. Tho. vbi. s. tribus rōnibus. Et prima est. qr nunqꝫ pōt aliqd cognosci per essentiam si cognoscat per similitudinem que nō conueniat cum ipa re in specie. Lapis enim nō potest cognosci Sm illud qđ est nisi per speciez lapidis que est in aīa. Nulla enim silitudo ducit in cognitionē essentie alicuius rei: si differat a re illa Sm speciem: ⁊ multo minus si differat Sm genus. Nō enim per speciem equi vel albedinis pōt cognosci essentia hois: ⁊ multo minus essentia angeli. Multo igitur minus per aliquam spēm creatam quecūqꝫ sit i. la pōt videri diuina essentia: cū ab eēntia diuina plus differt quecūqꝫ species creata in aīa ꝙ species equi vel albedinis ab eēntia angeli. Unde ponere ꝗ deus videatur solum per similitudinē seu per quādam refulgētiam claritatis sue est ponere diuinam essentiā nō videri. ¶ Secunda ratio est. qr cum aīa sit quedam similitudo dei. visio illa magis eēt specularis ⁊ enigmatica ꝙ est in via ꝙ visio clara ⁊ aperta qui pmittitur

De nā lumis glorie.

sanctis in gloria: ⁊ in qua erit beatitudo nostra. Unde aug. dicit hic in glo. q visio dei que est per similitudinem pertinet ad visionem speculi ⁊ enigmatis. Tertia rõ est quia sequeret q beatitudo hominis ultima esset in alio q̃ in ipso deo quod est alienuz a fide. Sequeret etiã q naturale desiderium hominis quod est perueniendi ad primam rerum causam ⁊ cognoscendi ipsam per seipsam esset inane. Uidetur ergo diuina essentia per seipsam in patria: ⁊ non per similitudinem creatam. Et hoc est quod dicit aplũs Pau. inferius. Tunc cognoscam sicuti ⁊ cognitus suz. i. sicut deus cognoscit essentiam meam. ita deum cognoscaz per essentiam suam. Non tamẽ ly sicut: importat equalitatem sed similitudinem. Sicut ergo in lumine glorie quod tamen est quid creatum eleuatus intellectus videbit lumen diuine essentie. Ad quod intelligendum sume exemplum in lumine corporali. Oculus enĩ noster nõ est tãte potentie q possit fixe respicere in solem: ⁊ quanto plus appropinquaret ad eũ tanto ineptior redderet ad videndum ipsum. Ita oculus intellectus humani est ita debilis ex parte sui q in tam excellẽti luce diuine essentie figi non potest nisi confortetur ⁊ fortificet ꝑ virtutem diuinam. Et ista virtus fortificans ⁊ cõfortans dicit lumen glorie. ideo dicit. In lumine tuo ⁊c. Nullum enim lumen aliud lumen demonstrat q̃ se. Neq enim lumen solis adiuuat vt videat luna aut stelle. Unde ⁊ quando luna est. xv. aere sereno, de nocte multo clarior apparet q̃ cum oritur sol. ⁊ si quis accenderet mille torticia de die. non propter h̃ melius videret solem. Sic ad propositum lux diuina eterna ⁊ infinita per aliam lucem nõ videtur q̃ per seipsam que lumen glorie efficit quando intellectui creato communicatur: ita q lux intellectiua vnita est cũ diuina, ⁊ videt ꝑ virtutem diuinam non ꝑ lucem suam propriã Unde hereticus eẽt qui diceret q intellectus btõs videt deũ sine lumine glorie q2 hoc eẽt dicere q intellectus humanus videt deũ virtute ꝓpria qd̃ falsum est. ꝑsequat de exemplo lucis mediante ipsa luce vides terrã lapides. arborem animalia, ⁊ multa alia: ⁊ cũ ipsa eadem luce vides solẽ. qd̃ considera vbi sit ista lux solis mediante q̃ tu vides solẽ ⁊ alia certe nõ est lux in oculo tuo sed super re visa. ⁊ ideo te stante in loco obscuro vides rem q̃ est in loco luminoso: siue rem luminosam. ⁊ nocte obscura vides stellam ⁊ domum aliquam que sit ad aliquod lumen posita: cuius lumẽ suũ non reddat claritatem vsq ad lumen tuum. Et sic vides mediante duplici luce: vna est tui q es in loco tenebroso: sed oculum hñs ab intra luminosum: cuius lux extra non extenditur. Secunda est illa lux que est diffusa ⁊ reuerberata super illam rem quam tu vides. quecunq harum duarum deficeret non videres. Neq per lucem oculi tui solam nec solum per extraneã si tua propria deficeret. Si autem vis respicere mediante ista duplici luce sine alio medio solem in spera sua. certe hoc non vales sed potius excecareris. ⁊ ratio huius est: quia lux solis reuerberat in tua luce propria: ⁊ est tanta distantia inter tuam ⁊ suam: q tua refugit ipsam ⁊ sustinere non potest propter excellentiã claritatis. Unde quantũcunq coneris non potes oculum fixe tenere apertum ad speram solis. Et auem volantem inter oculum tuum: ⁊ speram solis etiam videre non vales. Sed si lux solis posset vniri cum tua luce suspendendo defectum ⁊ debilitatem ipsius tue lucis: q̃ suspensio sequeretur ex vnione facta tunc respiceres solem ipsum in spera sua cum delectatione ⁊ suauitate sine reuerberatione oculorũ nunc ad propositum sciendũ q due luces sunt necessarie ad videndum deum simul vnite virtute fortioris lucis. Uidelicet lux humani intellectus ⁊ illa est debilis: ⁊ lux diuina ⁊ illa ẽ fortissima. Si lux naturalis humana: scilicet intellectus consideratur sola nihil cognoscit certitudinaliter. Sicut qui in tenebris ẽ ⁊ nihil videt. Cuius in alia luce possit opinari aliqd sed non perfecte scire. Sicut existens aliquis clausus in camera obscura potest diuinare palpando audiendo gustando vel odorando aliquid quod est intra cameram. Sed dubitare habet se decipi quousq oculus illud videat virtute lucis ab extra venientis. ⁊ ideo anime damnatorum errant in cognitione dei reputando ipsum iniustum ⁊ crudelem: quia nõ habent aliam lucem q̃ propriam s̃m sensum. cum illa iudicando: diuinando ⁊ opinando. ⁊ ipse anime damnate diuina luce: scilicet naturaliter infusa videns omnes alias animas ⁊ gloriam beatorum ad ipsarum afflictionem ⁊ aliquando statum animarum viatorum ad suam confusionem. ⁊ penas animarum damnatorum ad eorum tribulationem. Sicut patet in parabola diuitis Epulonis ⁊ Lazari Luc. xvi. c. quia igitur lumẽ glorie preexigit in intellectu humano lumen gratie vt superueniat ei quia in animabus damnatorum non reperitur ipsum lumen gratie. Ideo non sunt susceptibiles luminis glorie: ⁊ ideo deum videre non possunt nec gloriam suam. Sed anime beatorum habent propriam lucem gratia informatam in qua diuina lux illustrando secũ vnitur: non permittendo infirmari aut exterreri: sicut fuerunt exterriti oculi exteriores ⁊ in

teriores Petri Jacobi et Johannis in transfi-
guratione dei.qz ad hoc erāt mortales.facta
ergo illa vnione per lumen glorie. Videt intel
lectus creatus in virtute intellectus increati.
Et sic lux naturalis que erat gratiosa supra se
elevata a gloriosa que non est aliud q̄ verbū
divinum eternū tanq̄ solaris radius a patre
procedens videt lumen glorie gloriosum deū
et omne creaturam super quam talis lux sparr-
gitur. Et quia illa lux totum videt. nihil ei ab
sconsum est. ideo quilibet sanctus videt oēm
creaturā vbicunq̄ sit. Sicut oculus humanus
si esset in sole vnitus cum suo radio claro. cer-
te videret vbicunq̄ sol attingeret et irradiaret
et se et in sole videret plus et minus: fm q̄ illa
vnitas esset perfecta. Et quia anima christi p-
fectissime fuit vnita cum verbo eterno et est. id
perfectissime videt verbum et omnia que sunt
in verbo. Alie autem anime plus et minus vi-
dent fm quod sunt plus vel minus vnite fz per
fectiones charitatis: que est causa huius vnio
nis et visionis facialis. Et sic habes q̄ lumen
glorie nō est creatura. s. aliqua de per se repre
sentans creatorem. Sed est ipse lumen glorie
seu vnitus intellectui humano. Et sic in lumi-
ne tuo. s. verbo divino videbimus lumen. Vñ
et Johes in apocalypsis. circa finē dicit: q̄ il
la civitate superna non vidit solem: nec lumen
lucerne ibi est. sed agnus scz verbum eternum
Math. xiij. illuminat illam. Ad hoc etiam facit quod di
xit christus. Justi fulgebunt sicut sol in regno
patris mei. i. lux verbi: quod verbum est sol vi
te eterne. Et lux cuiuslibet beati erit gd vnū
per vnionem non per conversionem. Nō enī
convertet lux verbi. Sicut nec natura sua que
idē est in natura anime beate vel glorie eius.
Sed sicut in mysterio incarnationis salua vtri
usculusq̄ proprietate nature vnita sunt divini
tas et humanitas: divinitate permanente im
passibili: humanitate subiecta mortalitati: de
us et homo vniti sunt in vnitate p̄sone. ita lux
increata cum luce anime vnita erunt vnum.
non quidem vnitate persone: sed vnitate cha-
ritatis et amicicie perfectissime. remanente ta
men deitate in sua virtute et gloria finita. Et
aīa beata cū sua virtute et gloria finita. Unde
dominus Jhs in oratione ad patrē facta post
vltimam cenam inquit. Volo pater vt quos
dedisti mihi sint vnū: sicut et nos vnū sumus.
Ego in eis et tu in me vt sint cōservati in vnū:
et videant claritatem quā mihi dedisti. Joh.
xvij. Tunc. s. in patria videbimus facie ad fa-
ciem. Et dicit devot' Bern. Felix anima que
terreo resoluta carcere libera celū petit. Nunc
dulcissimum dominum facie ad faciem cer-
nit: vbi verus sol iusticie mira sue pulchritudi
nis visione omnes recipit. Et illa vniversos ce
lestis patrie cives illuminat: vt luceant ipsi lu
mine videlicet illuminante vltra omnem solis
nostri splendorem immortali adherentes dei
tati: et in huius figuram dixit regina Hester
vxor Assueri mai' in regis qui interpretatur
beatitudo. significans animam summi regis
Jesu christi qui est vera beatitudo. de ipso lo-
quens. Mirabilis es valde domie et facies tua
plena est omnium gratiarum. et. iij. Reg. x. in
figuram dicitur q̄ vniversa terra desiderabat
videre vultum Salomonis. ¶ Quantum ad
tertium modum videndi sensibilis: scilicet per
presentiam similitudinis non immediate de-
rivata ab ipsa re: sz derivate a similitudine rei
sicut videtur homo per speculum. Sic isto mo
do videmus seu cognoscimus deum cognitio
ne naturali in vita ista. et sic exponitur. Vide-
mus nunc: idest per rationem naturalem no-
stram. et si addatur lumini naturali fidei lumē
quod est supernaturale: adhuc plenius vide-
mus deum in vita presenti: sed tale lumen fi-
dei si non sit charitate formatum non sufficit
ad conducendum ad lumen glorie. Inter de-
um enim et animam est infinita distantia per-
fectionis virtualis. Deus enim infinitus: et q̄li
bet eius virtus infinita. Anima autem sicut et
quelibet creatura est finita et potentie finite.
Cum igitur finitum non possit comprehende-
re infinitum non poterit anima deum compre
hendere nisi efficiatur vnum cū eo. et sic quo
dammodo efficietur infinita. hoc autem cha-
ritas operatur. quia qui manet in charitate
in deo manet et deus in eo. i. Joh. iiij. c. Et. i.
Corinth. vj. qui adheret deo: scilicet per dile
ctionē vnius sp̄us est cū eo. nō quidē substan-
tialiter sed affectualiter. Hz. n. amor fz Dyo-
nisium vnitivā et calori assimilat q̄ diversa vnit et
cibū in assumentē cōvertit. Sume exemplū
in agno vel alio cibo qui a nobis comederetur
certū est. n. q̄ agnus cū multis gradibus per-
fectionis naturalis sit inferior hoie nunq̄ vnū
effici posset cū hoie nisi p vnū modū. s. p calo
rē naturalē hominis ipsum agnū in cibū sum
ptū dirigētis: et in substantiam sui convertentis. et sic
agn' quodammodo efficit hō. Sz si hō come
deret venenū vel rē venenatā nō posset illud cō
vertere in se: et rō huius est: qz illud sumptum
extinguit calorē naturalē quo fit digestio et cō
versio. sicut et si comederet lapidē vel ferrum
nō cōverteret in se ppter sui duritiā et frigidi
tatē. Illi. n. cibi dicunt eē pportionati huma-
ne nature: q participāt cū calore: et sunt sine re
sistētia desacili cōvertibiles in substantiam suā. sic
ad ppositū dicendū: si hō vult cōverti in deū
et effici deus. s. per participationē. oportet q̄

comedat ab eo. i. incorporet seu vniat per calorẽ sue infinite charitatis. sed deus ipse nõ comedit cibũ. i. nõ vnit secũ in glia eũ q calorẽ charitatis hic nõ habuerit freqnter. Nã & de quibusdã tepidis dicit ipse Joh. Apoc. iii. qz tepidus es incipiã te euomere de ore meo. Tepidus ẽ q fidẽ hz sine opib⁹: & absq calore charitatis efficaciter manet, & iõ apls faciẽs cõparationẽ iter virtutes: cõcludit q maior hoꝝ est charitas. Ucꝝ qz nihil põt amari nisi sit cognitũ, iõ ad amorẽ charitatis exigit pmo cognitio rei q̃ ad sufficiẽtiã hri nõ põt. nisi p fidẽ. Et ne hõ deficiat vel oberret a fine vltimo iã cognito exigit spes p quã tẽdat in illũ finẽ. Unde & de his trib⁹ tanq̃ necessariis di Eccl. ij. Qui timetis deũ credite illi. s. p fidẽ & nõ euacuabitur merces vr̃a. Et sequit imediate. q timetis dñm spate in illũ: & in oblectationẽ veniet vobis misericordia. & exinde sequit: q timetis deum diligite illũ & illuminabunt corda vr̃a. Et talis cogitatio. s. habita ex lumine gr̃e & charitatis. posset ẽt dici licet nõ ita pprie visio facialis respectu. s. ei⁹ q̃ solũ ẽ p fidẽ vel rõnẽ nãlez. Un̄ ps. xxx. de electis ait. Abscõdes eos. s. a turbinib⁹ mũdi & occupatõib⁹ eius in abscondito faciei tue. i. in facie vz cognitionis gratiose a te eis collate: & reprobis abscõse & ignorate.

Caplm. viij. d itellectu pctico quõ dz exerceri.

Debet quoqz anima oculo suo sinistro. i. itellectu practico vti virtualr. s. ad bñ opandũ. Intellectus. n. bon⁹ ait ps. cx. oib⁹ faciẽtibus eũ. i. bonũ itellect⁹ i illis ẽ q nõ solũ q̃rũt itelligere vt sciãt: sz ẽt vt faciãt faciẽtes bonũ qð itelligũt. Sciẽti. n. bonũ & nõ faciẽti pctm̄ ẽ illi: ingt Jacob⁹ i canõica sua. c. iiij. vñ & idẽ ps. sic oculi suoꝝ i ma. do. suoꝝ. s. sunt. ita ocli
Psal. cxxij. nr̄i ad dñm deũ nr̄z. Oculi suoꝝ dicunt ẽt in mãib⁹ dñoꝝ suoꝝ. s. ad vidẽdũ. si aliqd i mãib⁹ hñt ad pferẽdũ. vl si aliqd habent ad percutiendum vel si aliquid habent ad exercendũ vt illud operent. & ita oculi electoꝝ sunt directi ad dñz ad pñderãdũ largita & dãda bñficia illata & pferẽda supplicia: & iusta agẽda exercitia vt pñderẽt q̃ dñs vult eos agere. sic su⁹ pñderat opa q̃ vult dñs in⁹ eũ exercere. & sic ocli suoꝝ sũt in manib⁹ dñoꝝ. i. in opib⁹ q̃ volũt dñi ab eis & qz multa sunt que a nobis inspiciẽda & considerãda sunt ad agẽdũ. ideo Johes in Apoc. iiij. c. refert q aialia que ipse vidit in circuitu dñice sedis designãtia sm Grego. dei electos erant plena oculis. Oportet. n. oculos hr̃e spirituales intus & extra. inferius & supra retro & antea in dextera parte & sinistra ad valendũz bene inspicere q̃ nobis sunt congruentia. Un̄ de & christus dixit cuidam ab eo illuminato.

Respice Luce. xviij. Et primo.

Respice intus in cõscientia. vt rectificetur.

Respice extra circa creata. vt recõpẽsentur.

Respice supra ad celestia. vt adiungantur.

Respice infra ad supplicia. vt ad ea nõ itret.

Respice retro ad commissa. vt remoueant.

Respice ante ad pericula. vt caueantur.

Respice ad dexteram sanctorum exempla. vt similia agantur.

Respice in sinistra prauorum gesta. vt tua confundantur.

Quantum ad primum .§. i.

dicit saluator Lu. xi. Uide ne lumen quod in te est tenebre sint: idest ne sis tenebrosus in cõsideratione eorum que intra te sunt. Quãuis enim oculus corporalis: & si alia videat: seipm videre non possit. Oculus tamen spiritual animae & se & alia videre potest: quinimmo vt dicit Hu. de sancto vic. Oculus tuus: scilicet anime nihil bene videt si seipsum non videt. & querenti cuidam gentili ab appolline quid sibi esset agendum ad beatitudinem consequendã. Responsum est: nosce teipsum. Ad quod facit illud Job. v. visitans speciem tuam non peccabis: idest considerans teipsum. Hinc & deuotus Bern. ad Eugenium pa. in. ij. lib. de consideratione inquit. A te primum inchoet consideratio tua. Non solum autem a te sed & in te finiatur. Quocunq euagetur ad te reuocetur cum salutis fructu. Unde & Eccs. ij. dicitur. Oculi sapientis in capite eius. Oculi quidem corporales ita sunt in capite stulti. sicut in capite sapientis. Sed oculi spirituales: scilicet considerationis solum sunt in capite sapientis idest virtuosi: non stulti: idest peccatoris. In capite videlicet in parte superiori anime vt sz rationem operetur. Hec autem consideratio sui sm Bern. vbi supra in tria diuiditur: vt scilicet respicias. quid sis in natura: quis i persona qualis in moribus seu vita. Respice ergo primo quid sis in natura. & considerans occurreret tibi illud beati Job dicentis. Homo natus de muliere. breui viuens tempore: repletur multis miserijs &c. & nunqam in eodẽ statu permaneret. Respice igitur quia nat⁹ es de muliere nudus: scilicet & pauper. miser & miserabilis. erubescens q sis nudus: plorans q natus sis. Murmurans q sis natus ad laborẽ non ad honorem. Natus de muliere. & ob hoc cum reatu. Primam vocem quã emittis flet⁹ est: quasi & hoc prophetans secundum Augu. de ciuitate dei. te in valle lachrymaꝝ ingressum. Breui viuens tpe: & ideo semp cũ metu. Et ipsa quoq breuitas icerta ẽ. Replet multis

Respiciẽda ẽ pscia vt rectificetur.

Job. ij.

miserijs. Et vere multis. quia corporis et anime simul. Cuncti enim dies eius laboribus et erumnis pleni sunt. vt dicitur Ecclesiastes. ij. Quid enim calamitate vacat. nascente in peccato et fragili corpore mente sterili. repletus in corpore penalitatibus infirmitatibus necessitatibus innumeris. In anima vero repletus ignorantia. concupiscentia. malicia. Demum nunquam in eodem statu permanet. Alteratus etate substantia. honore. moribus. affectu et nunquam quiescere valens. Respiciendo igitur quid in natura es. ad magnam humiliationem te inducet consideratio hec. Verum et rationalitas que ad quidditatem hominis pertinet respecta te subleuabit a deiectione tante humiliationis. ¶ Respice secundo quis sis in persona: idest cuius conditionis. si videlicet laicus clericus. religiosus vel prelatus. Nam si laicus vt dicit Hieronymus. xij. q. prima. c. duo sunt. Licet his temporalia possidere. Sed non nisi ad vsum: idest non ad abusum. His concessum est vxorem ducere terram colere. inter virum et virum iudicare oblationes super altaria ponere decimas reddere. Et ita saluari poterunt si vitia benefaciendo vitauerit. Respice ergo si in tali statu es quod conscientia tua secundum hec rectificetur. Quod si clericus es interpretare nomen tuum vt coneris esse quod diceris. Cleros enim grece. latine sors interpretatur. qa scilicet ipse clericus est pars domini: et dominum suam partem habet. Ut autem dicit Ambrosius de fuga seculi. Cui portio deus. nihil curare debet nisi deum ne alterius impediatur necessitatis munere. idest sollicitudinis occupatione. Hec est enim natura sacerdotis. Fuga abdicatio domesticorum. et quedam alienatio charissimorum: vt sibi se abneget: qui deo seruire gestit. xij. q. prima. cui portio. Illud quoque eos obseruare oportet quod ait apostolus. Ab omni specie mala abstinete vos. extra de vi. et honesta. cleri. Ab omni. Et precipue a familiaritate mulierum. vt. lxxxi. distin. clericus. et ca. sequentibus. Si autem religiosus es: et sic religatus: idest bis ligatus ligamine preceptorum in baptismi acceptione et ligamine obseruationis consiliorum in solenni professione. Respice quod ait Aug. dist. xlvij. quantumlibet. Sicut difficile sum expertus meliores quam qui in monasterijs profecerunt. ita difficile sum expertus peiores quam qui in monasterijs defecerunt. His igitur deditis contemplationi et orationi ab omni strepitu temporalium cessare conuenit. et victu et vestitu contenti nullam inter se proprietatem habere. sed omnia in communi secundum Hiero. xij. q. i. duo sunt. Debet etiam claustro esse contentus. quia sicut piscis sine aqua caret vita. ita sine monasterio monachus. Sedeat igitur solitarius et taceat: quia mundo mortuus est. xvi. q. j. ca. placuit. Si autem platus es. respice quod secundum Chris. in iudicio sedes. Si enim bene vixeris et bene docueris. populum instruis quomodo viuere debeat. Si bene docueris et male vixeris. deum instruis quomodo debeat te condemnare. di. xl. multi. Tanta autem debet esse precellentia vite rectoris ad vitam subditorum: quantum pastor excellit conditionem suarum ouium. Nec ibi sufficit puritas sua: nisi et puniat aliena crimina. Unde Aug. Qui nec regiminis in se rationem habuit: nec sua delicta detersit. nec filiorum crimen correxit: canis impudicus dicendus est magis quam episcopus. ij. q. vij. ¶ Respice tertio: qualis sis in vita: proficiens. s. aut deficiens in moribus in aduersitatibus et prosperitatibus: circa que oportet te tenere medium si non vis perdere modum. Nam vt dicit poeta. Est modus in rebus sunt certi denique fines. Quos vltra citraque: nequit consistere virtus. In te ergo consiste et non infra deijci: non attolli supra non euadere in longius. non extendi latius disce. Nam vt longitudo. s. nimia exterminium habere solet. dilatio scissuram. altitudo ruinam et profundum absorptionem. Longitudinem nimiam tibi assumis: cum promittis tibi longiorem vitam. Latitudinem vero incongruam cum in supfinas distendit animus curas. Altitudinem ruinosam cum de se plus presumit. Profundum cum se plus debito deijcit. qui. n. longa sibi mentitur tempora. non ne ingreditur inter exterminij. Transit enim vite terminos productionis vite sollicitudine. Similiter alius distentus in multa: multis laceret curis necesse est. Neque immoderata extensio extenuationem. et extenuatio nimia scissionem facit. Illa vero presumptio quid nisi ruinosa precipitatio est. Unde Salomon Prouer. xvi. Ante ruinam exaltatur cor. Nimia autem pusillanimitatis deiectio desperata quedam absorptio est. Medium ergo in cunctis tene vt possis comprehendere cum omnibus sanctis. que sit longitudo, latitudo, sublimitas. et profundum secundum apostolum. Respice etiam (Eph. 3.) qualis ex te sis qualis ex deo. Ex te mala: bona a deo esse non ambigas.

¶ Respice secundo extra .§. ij. te scilicet creata. secundum illud. Esa. lx. Leua in circuitu oculos tuos et vide. In circuitu enim tuo ex omni latere inuenis creaturas. Nis autem creatura triplici voce te alloquitur secundum Hugonem de sancto. Victore. Ex prima est accipere beneficium secunda est redde seruitium. tertia est caue supplicium. Et a superioribus inchoando dicunt angeli per effectum tibi. Accipe beneficium nostrum quod ex parte creatoris continue tibi impendimus custo-

Respiciendum est creature et quomodo.

triplex locutio creaturarum.

diendo a malis eripiendo ad bona excitãdo. Et pro hmõi beneficio ipsi creatori redde servitiũ eius mãdata ad iplẽdo alioquin testes erimus ɔtra te in iudicio. ꝛ ministerio nro ad inferna detraheris. Dicit tibi celũ cũ luminaribus suis. Ego tibi motũ prebeo ꝛ sine me insensibilis pmaneres. Gratissimã lucẽ tibi sol porrigit ne in tenebris tediosus resideas. ꝛ vt pater vere in oĩa iferiora multiplices virtutes infundit. Et ne obscura in totũ nox hẽatur. luna cũ stellis splendorẽ emittũt. celũq decorant. ¶ Pro huius igit beneficiis redde obsequiũ creatori nro: gratias agẽs adimplens illud ps. xxxiii. Benedicã dñm in oĩ tpe. ¶ Loquitur ignis mõ suo dicens. O homo quantum beneficiũ tibi presto te calefaciendo. cibos tuos decoquẽdo. ꝙ plura opera efficiẽdo tibi putilia. ꝛ sine mei participatiõe in colore nãli nutriri non posses. Pro huius igitur deo redde fuitiũ vt calore succẽso dulcissime charitatis dñm deum pre oĩbus diligas, aliogn supplicium ignis eterni non euades. ¶ Aer quoq nõ reticet dicens. Ego tibi flatum ɔcedo vt aspires ꝛ respires atq locutionẽ tã necessariã vt formare valeas deseruio te vndiq curando. Et aues varias suaue psonãtes melos ꝛ in cibũ transeuntes ɔtineo. Redde igitur servitiũ deo os tuũ ad sui honorẽ ꝛ gloriã aperiendo. ¶ Aqua ingt. Ego tuas imundicias purgo ꝛ fetores remoueo. Sitienti non paruũ refrigeriũ affero. Septies inumeras pisciũ ad tui visum enutrio. Et qđ plus est i sacramentis anime tue necessariis me prebeo. Redde ergo seruitium vt ipsa sacramenta reuerearis. Et si nõ ratione materie in se: ratione tñ institutẽtis ꝛ gratie ibi a deo posite. Alioquin absorptus ab aquis niuiũ: trãsibis ad ca- job.24.
lorem nimiũ. ¶ Demum terre ꝗuis infimum elementorum tñ copiosior: voce te excitat dicẽs. O homo vnde factus es nisi ex me humo. Ego te sustento. ego diuitias dono. aurum ꝛ argentum ceteraq metalla que in visceribus meis gesto. Quod genera animaliũ propter te pasco ꝛ retineo. Et aliqua quidem in tui cibũ vt pullos. agnos. hedos. capreas. ceruos vitulos: ceteraq domestica ac siluestria. Alia ad tui adiutorium vt equos. mulos. camelos asellos ꝛ huiusmodi. Alia ad tui solatium: vt symeas. caniculos. Ego quoq herbas nõ solum suaues: sed ꝛ ꝙ plurimas medicinales pduco. flores varios ꝛ fragrãtes emitto fructus innumeros ꝛ sapidos diuersis tpibus offerro. Pro huiusmodi igitur beneficiis creatori tuo ꝛ meo recognosce te debitorem: ꝛ ad necessitatem nõ voluptatem his vti debere. Proximisq tuis indigentibus portionem pro posse porrigere. Alioquin si ingratus inuenlaris si- ps. ios.
cut aperta est terra ꝛ deglutiuit Dathan. sic aperietur ꝛ tibi vt ad centrum eius descẽdas ad terram miserie ꝛ tenebrarũ. vbi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Job. x.

¶ Respice tertio supra .§.iii.

ad celestia vt adiuueris: vt non solum gloriã Quo re
sanctoꝝ contẽpleris. sed etiam ipsos in auxilli spicien
um inuocare digneris. Unde. ps. cxx. Leuaui da sũt
Cōsciē- tia tres hȝ act⁹ — considerari triplex officium seu actus conscientie: ⁊ sic patet ꝙ conscientia importat triplicem actum. Primus est testificari. Secūdus est accusare. Tertius est soluere vel ligare. ¶ Primus igitur actus conscientie est testificari in preterito inquantum conscientia perhibet testimonium sicut ill[illegible] in quo est scriptum aliquid illud test[illegible]ur siue bonum sit siue malum. Unde apostolus. Ro.ij. Testimonium illis reddente conscientia eorum. ⁊ Augu. Quando deus iudex erit alius testis ꝙ cōscientia tua non erit. Inter iustum iudicem ⁊ conscientiam tuam noli timere. nisi causaȝ tuam. xi q.iij. custodi. Dicitur autem conscientia esse testis factorū vel non factorū: inquātum conscientia retinet illud contra quod voluntas fecit quasi voluntatem accusans de eo ꝙ sibi non obediuit. ⁊ sic conscientia habȝ virtutem dictaminis. Dictat enim cōscientia an aliquid sit factum vel non. Istud autē dictamen nil aliud est ꝙ peruentio precepti diuini ad eum qui habet conscientiam. ¶ Secundus actus seu officium conscientie est accusare ⁊ excusare reprehendere ⁊ remordere de malo commisso ⁊ bono omisso. Unde apostolus. Ro.ij. cogitationum inter se accusantiū aut defendentium in die iudicij ⁊c. Augu. quem scientia defendit liber est inter accusationes. ⁊ liber sine accusatione esse non potest. Si sola que intus adijcit conscientia accuset. xi.q. iij. in cunctis. Iste actus secundus potest dici examinatio inquantum conscientia examinat que iam facta sunt an sint recta vel non recta an bene facta vel male facta. ⁊ quādo per examinationem: inueniuntur id quod factum est. discordare a cōscientia a qua examinatur dicitur conscientia remordere vel accusare. Quando inuenitur illud quod factum est processisse ſm formam conscientie vel scientie dicitur cōscientia defendere ⁊ excusare. ¶ Tertius actus conscientie est ligare vel soluere. nā conscientia obligat ad peccatum. quia omne illud quod fit contra conscientiam. etiam si sit bonum peccatū est. Unde apostolus. Ro. xiiij. Omne quod non est ex fide peccatum est. Super quo verbo Amb. in glo. Omne quod fit etiam si in se ⁊ de se sit bonum. ⁊ tamen nō sit ex fide: idest contra conscientiam vt scilicet credamus esse malum peccatum est: ⁊ xxxvi. q.i. Omnes.§.se. dicitur. Omne quod contra conscientiam est edificat ad gehennam. Ubi dicit glo. ⁊ bene contra conscientiam scilicet precepti vel prohibitionis. Hoc est proprie facere contra conscientiam: idest facere contra illud quod conscientia dictat esse in precepto vel prohibitione. Facere autē aliquid quod conscientia dictat esse veniale. non est nisi veniale. nisi illud de se esset mortale. Et hoc est facere non contra sed preter conscientiam. Et iste actus tertius conscientie dici potest consiliatio. Nam ad conscientiam pertinet de agēdis consiliari. Et cum per consilium inuenit an aliquid sit faciendum ſm hoc conscientia dicitur instigare vel ligare. Cum autem p cōsilium conscientiam inuenit ꝙ non sit faciendum aliquid quod occurrit. tunc conscientia dicitur absoluere vel retrahere. ⁊ sic conscientia habet virtutem ligaminis: inquantum cōstringit voluntatem vt non possit sine nocumēto deformitatis culpe in aliud tendere: ꝙ ratio vel conscientia iudicat. Sicut ligatus corporaliter necessitatem habet consistendi in loco vbi est ligatus. Raynerius.

¶ Circa effectum cōscien- .§.iii.

tie tria possumus cōsiderare. s. defectū deuiationis: idest quō nesciētia errat. modū obligationis. s. quō ligat diuersum ꝯsecutōis. s. quō sequit̄ magis cōsolatio ex cōscientia si est recta ⁊ cō̄ afflictio si ē mala. ¶ Quātū ad primū sciendū ꝙ ꝯsciētia errat duob⁹ modis. s. ex falsa assumptōe ⁊ ex falsa applicatōe. Et pmo ex falsa assumptōe puta qñ aliqs assumit aliqđ malū vel falsum tanquā bonū vel tāquā verū. Uerbi gratia. Ut hijs q occidebant apl'os dictaba cōsciētia ꝙ ex h placerent deo. Johā.xvi. Uenit hora in qua omnis q interficit vos arbitretur obsequiū se pstare deo: vel dū sinderesis dicit Omne ꝓhibitū a deo eē vitādū. Conscientia aūt fundatur in hoc ꝙ iuramētū sit a deo prohibitum. ⁊ ideo falso credit illud esse vitandū cum ante permittat se mori quam iuret: sicut facit hereticus. ¶ Secundo errat cōsciētia ex — Conscientia errat duobus modis.

falsa applicatione. sicut cum ex aliquibus veris aliqua cõscientia erronea formatur. Verbi gratia. vt ex hoc q deus est super oia diligendus aliquis format sibi hanc cõscientiam. s. q nihil põt simul diligi cu3 eo sed tm deus. Quedam enim ɔclusiones sunt in quibus ita relucent prima principia operādoꝝ. q circa ea cõscientia errare non põt. Sicut deu3 nõ esse diligēdum. malum scienter esse faciēdum ꝛ huiusmodi. Et quedam alia sunt circa que errare põt ꝛ errat. vt ex dictis patet. b. Tho. in questionibus de veritate. q. xvij. Exēplum etiam potest poni de eo qui facit id qđ habet species mali licet non sit malum. existimans sibi sufficere intētionē bonā quā habet non curans de scandalo proximi. Sicut faciebant quida3 in ecclesia primitiua fideles qui comedebāt idolatica. i3 non in veneratione idoli. tamē cora3 simplicibus. qui inde scandalizabantur illos imitantes. sed in veneratione idoli q existimabant alios facere. quos reprehendit apostolus xiij. Unde August. Conscientia nostra nobis necessaria est ppter nos: propter vos fama nostra non pollui. s3 pollere debet in nobis. Due res sunt conscietia ꝛ fama. Conscientia est necessaria tibi. fama proximo tuo. Qui fidens cõscientie negligit famam sua3. crudelis est. xij. q. i. nolo. ¶ Ad maiorem euidentiam predictorum. nota q error conscientie causatur ex septem causis. ¶ Primo ex ignorantia. ex eo enim q ratio apprehendit malu3 sub ratione boni. ꝛ bonum sub ratione mali. sequitur error in conscientia ꝛ peccatu3 in voluntate. Et ignorantia quidem si sit iuris naturalis vel diuini nullum excusat habente3 vsum rationis. Ignorantia autem iuris canonici vel ciuilis quādo excusat vel non. habetur prima. q. iiij. §. vltimo. in textu ꝛ glo. ¶ Secundo error cõscientie causat ex negligētia. Sicut cu3 aliqs propter laborem vel alias occupationes negligit addiscere vel ab alijs querere. ꝛ scire illud per quod a peccato retraheretur tunc ignorātia eius quod quis scire teneretur propter talem negligentiam est voluntaria. Unde volūtas concordans conscientie erranti. ex negligentia sciendi. ad quod tenetur. est mala. Et ideo Augu. dicit. Illis omnino ignosci non poterit qui habentes a quo discerent operam non dederunt. dist. xxxvij. c. si. ¶ Tertio error cõscientie causam ex nimia vel inordinata sui beniuolentia. Ex eo enim q aliquis nimis seipsum diligit. inclinat ꝛ precipitat cõscientia3 ad illud quod appetit. ꝛ sic eam a sua rectitudine facit declinare. Unde seneca. Perit omne iudicium cum res transierit in affectum. Talis conscietia diligentis nimis seipsum est

Error conscie causat ex septē causis.

nimis larga. ꝛ ideo cauenda: quia facit hominem presumptuosum dicens malū esse bonū saluat damnandū. ¶ Quarto error conscientie causat ex cordis pusillanimitate. qua quis timet non timēda ſm rectum iudicium rationis. iuxta illud psal. Illic trepidauerūt timore vbi nõ erat timor. idest causa rationabilis (Ps. xiij.) timendi: ꝛ talis cõscientia eo nimis stricta. ꝛ vt dicit Hostie. magis scrupulosa est ꝛ erronea q theologica. ꝛ ideo vitanda. qr multum periculosa. Nam facit de bono malum. de festuca trabem. idest de leui peccato graue generat desperationē. damnat saluandum. Unde ꝛ deponenda est ad consilium alterius. ¶ Quinto error cõscientie causat ex superbia. scz quādo quis nõ humiliat intellectum suu3 vt velit melioribus. prudentioribus ꝛ superioribus credere. Nam cõscientiā in differētibus tenet ſm discretiones prelati formare. Quāuis enim in his que sunt precepta vel prohibita a deo. cõscientia recta plus obliget q preceptu3 superioris eo q obligat virtute precepti diuini qđ est maius precepto prelati. Unde in talibus cõscientia recta est iudex imediate sub deo. ita q nullum habet iudiciū supra se aliū a deo. In indifferentibus tamē preceptū prelati plus obligat q cõscientia: ꝛ sic conscietia subditi in hmõi non solum deum sed etiā prelatum habet supra se. ꝛ ideo ſm discretionem prelati formari debet. Nam subditus nõ habet iudicare de precepto prelati. sed de impletione precepti: que ad seipsum spectant. Hec Tho. in questionibus de veritate. Unde seculares sequi debent sententiā prelatoꝝ in his que ad cathedrā spectant. Iuxta illud Math xxiij. Quecūq dixerint vobis facite. Religiosi tenent sequi sententiā prelatoꝝ vel mandatoꝝ eoꝝ in his que non sunt ɔtra deum vel cõtra regulam vel ɔtra ɔstitutiones vel contra ordinationes capituli generalis. Cauere tamen debent prelati ne indiscrete precipiant ppter periculum cõscientiarum subditorum. Alexan. scđa parte summe. Argumentu3 ad hoc. xi. q. iij. Si is qui preest. ꝛc. qđ ergo mirum. Sexto causat ex cõscietie pplexitate. i. ex quadā dubietate ex qua qcqđ fiat sequit īmutabilitas vel necessitas peccādi puta cū videt se qs iter duo opabilia positū: quoꝝ alteꝝ oꝫ agere. ꝛ qđcūq fecerit īpossibile est nõ peccare. Sup quo dr ex ɔci. toletano. Duo mala licet cautissime sint pcauēda: tñ si pīculi necessitas vnū ex his ppetrare cõpulerit. id debemus resoluere qđ minori nexu noscit obligare. distin. xiij. c. i. Sed hec perplexitas quantum ad rem nihil est vt dicit ibi glo. summaria. Nec est verum q aliquis possit esse perple

tus inter duo mala. sed hoc procedere potest ex stulta opinióe ipsius ⁊ erronea ꝯscientia. vl' ex presumptione alicuius. in quo vult manere firmus. puta iurauit aliquis occidere hominē format sibi ꝯscientiā licz erroneā ꝙ si nō occi dit periurat. si occidit homicida est. Et sic est perplexus ex fatua extimatione. Nā et nō occidendo piurus nō est. Et ẜm hāc perplexitatem dicitur in illo capitulo. ꝙ minus malum eligendū est. Item tenet quilibet cōmunicare in pascate. Aliquis habens odium nō vult dimittere. et hoc ẜupposito ē perplexus. qꝛ si cōmunicat cū odio peccat mortaliter. et si nō cōmunicat similr̄. Sz dimittere pōt ⁊ debz odium. et sic nō est perplexus simplicit. Septimo causat error cōscientie ex humilitate ⁊ cordis puritate. Unde Grego. Bonaꝝ mentiū est ibi culpas agnoscere vbi culpa non est. distin. v. ad eius. Ubi dicit glo. Agnoscere idest timere. Non aūt debet quis se culpabilē dicere vbi non est ẜm sui extimatione. quia hoc pertineret ad mendaciū ⁊ yroniam. In primis sex modis error ꝯscientie semꝑ est reprehēsibilis. ⁊ voluntas sequens cōscientiā errantē semper mala. Septimo aūt modo est laudabilis. Cuius ratio est. quia ad bonitatē mentis pertinet vt homo ad iustitie pfectionē tendat. et ideo in culpam reputatur. nō solū si deficit a communi iusticia qð vere est culpa. sed etiā si deficit a pfectiōe iustitie qð quādoꝙ culpa nō est.

Quō conscientia ligat

¶ Quātū ad secundū .§. iiij.

videlicet modum obligationis. scz quomodo ꝯscientia ligat. Nota ꝙ ꝯscientia nō obligat in virtute propria. sed in virtute precepti diuini. Quod patz quia non dictat aliquid esse faciendū vel nō faciendū hac ratione. qꝛ sibi videtur vel non videt. Sed sub hac ratiōe quia est a deo ꝓceptū vel prohibitū. vt dicit btūs Tho. in scđo sententiaꝝ. distin. xxxix. Nullus aūt ligatur per preceptū aliquod nisi mediante scientia vel noticia illius precepti. Et ideo ille qui nō est capax noticie precepti. nō ligat precepto. Nec aliquis ignorās preceptū del ligatur ad preceptū faciendū nisi quatinus tenetur scire preceptum. Si aūt non tenetur scire nec scit. nullo modo ex ꝓcepto ligatur. Tenet autem scire quilibet habens vsum ratiōis precepta dei nec excusatur nō faciendo illud ex ignorantia. Et sic eadez virtus est qua preceptum ligat. et qua conscīētia ligat. cū preceptuz nō liget nisi in virtute sciētie vel noticie. Nec scientia vl' noticia precepti ligaret nisi p virtutez precepti. Unde cū cōsciētia nil aliud sit ꝙ applicatio scientie vel noticie ad actuz: cōstat ꝙ cōsciētia dicitur ligare in virtute diuini precepti. Ideo si aliquid apprehendatur a dictamine rationis vt directe cadēs sub precepto. mortaliter peccat ⁊ omittēs illud ꝙ cōscientia dictat. etiam si de se sit veniale. si aūt non apprehendatur vt directe cadenꝫ sub precepto: vel prohibitione. tūc non fit contra cōsciētiam. sed preter consciētiam. ⁊ ita non peccat mortaliter sed venialiter. vel etiam nullo modo. sicut quando ꝯscientia dictat alicui ꝙ bonum est facere aliquod opus consilij si non faciat non peccat. quia non apprehēdit illud vt bonum debitum ⁊ necessarium ad salutez. Grego. Ubi consilium datur offerentis est arbitrium. Ubi preceptum necessitas seruientis. xliij. q. prima. quod precipitur. Et sic aliud est facere contra consciētiam qð est mortale semper. Aliud preter consciētiam quod est veniale vel nullum. ¶ Ligare autem dicitur ꝯsciencia non quidem per modum coactionis. quia cum voluntas sit libera ⁊ suiipsius domina a nullo cogi potest. Ambro. Nemo nostrum tenetur ad culpam nisi propria voluntate deflexerit. xv. q. prima. non est. Nec ligat etiam cōscientia per modū principalis actoris. sic enīz ligat deus preceptis sicut iudex precepit. Sz ligatur per modum suppositionis seu cōditionis. s. per modum cōsecutionis alicuius finis puta nisi faciat hoc quod consciētia dictat qð consequetur finem suum. idest salutem. Ligat etiam per modum instrumētalis agentiꝭ sicut preco. qui velut instrumētum iudicis preceptum iudicis ad noticiam hominis deducit. ⁊ si preceptū iudicis vel regis non perueniret ad populum nisi aliquo precone vel principe mediante. tunc si preco vel princeps diceret. hoc est preceptum a rege ⁊ est veruz. tunc oēs dictuz illius obligaret. Et hoc modo ligat recta cōscientia. Si ꝟo preco vel princeps diceret hoc esse preceptum a rege ꝙuis non esset verum dictum suum. obligaret vt preceptum regis ita vt cōtemptores penam mererentur: ⁊ hoc modo facit ⁊ ligat erronea conscientia. Unde conscientiā ligare volūtatem nil aliud est ꝙ astringere voluntatē vt non possit aliud sine peccato facere vel omittere ꝙ consciētia sibi dictat. sicut ligatus corporaliter non potest ad alium locum ire nisi soluatur. Sed potest homo ⁊ debet erroneam conscientiam deponere. sicut ⁊ intentionem prauam. ⁊ deposita non peccabit illud faciendo. Beatuꝫ Tho. in. ij. distinc. xxxix. ¶ Licet autem vtraꝙ conscientia: scilz recta ⁊ erronea liget ipsa durante. ita ꝙ contrarium facieno peccat. Aliter tamen ligat recta conscientia ꝙ erronea. Nam recta ligat absolute ⁊ in omnē euentum ⁊ semper nec deponi potest. Sicut siquis faciat sibi

cõscientiam de adulterio que ꝯscientia vtiq̃ recta est hanc deponere non potest.s.sine peccato.quia deponẽdo erraret ꝛ grauiter peccaret. Sed cõscientia erronea non ligat nisi ẜm quid ꝛ sub conditione. qꝛ non obligat nisi inquantum conscĩetia erronea creditur esse recta.sed ea deposita quod fieri debet non amplius ligat bea.Tho.in.ij.sententiaruꝫ.distin.xxxix. ¶ Item ꝯscientia recta in his que sunt precepta vel prohibita a deo plus obligat ꝛ ligat q̃ preceptum prelati.quia preceptum dei in cuius virtute ligat cõscientia maius est precepto prelati. In indifferentibus vo plus obligat preceptum prelati q̃ conscientia propria. qꝛ in huiusmodi cõscĩetia subditi habet prelatum super se.nõ solum deum sed etiam prelatum suum. Conscientie autem erronee obligatio maior est.quia intẽsior q̃ obligatio precepti. Ex alia parte obligatio que est ex parte cõsciẽtie erronee est minor.quia solubilior. quia obligatio que est subditi ad prelatuꝫ solui vel deponi non põt.ꝯsciẽtia aũt cum est erronea.deponi põt. Raynerius post Thomã.

magna ꝯsolatio ẽ recta cõsciẽtia. ¶ Quantum ad tertium .§.v. videlꝫ effectum diuersum cõsecutionis.s.quo modo sequitur magna cõsolatio ex conscientia si est recta ꝛ econtra ꝛc̃. Sciẽdum q̃ ex cõscientia recta sequitur magna consolatio ẜm ipsam operãdo. Unde apostolus.ij.Cor.i. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. Ecõtra maxima afflictio si est mala. Unde Crisosto. Cõscientia rei semper est in pena. ¶ Est aũt ꝯscientia recta laudabilis ꝛ appetẽda propter quatuor causas.s.ꝑpter bonitatẽ. puritatem.sinceritatem.ꝛ tranquillitatem. Est itaq̃ conscientia bona laudabilis. Primo ex inordinatione affectionis. Secũdo ꝯscientia pura est laudabilis ex exclusiõe criminis. Tertio conscientia sincera est laudabilis ex simplicitate intentionis. Quarto conscientia trãquilla est laudabilis.quia sine remorsione vermis. ¶ Primo est laudabilis conscientia cuꝫ est bona ex inordinatione affectionis ꝑmi ad Thimotheum.j. Finis precepti est charitas de corde puro ꝛ conscientia bona. Dicitur autem charitas finis non in quo quiescitur.quia sic solus deus est finis. sed finis quo quiescitur. Et subditur de corde puro ꝛ conscientia bona:idest a vitijs expurgato.ꝛ addit de conscientia bona, videlicet non erronea: seu nimis grossa vel scrupulosa.quod totum figuratur in paruo grãdi vel torto naso quem qui habebat tanq̃ maculam habens prohibebatur accedere ad ministerium templi. vt habetur Leuit.xxj. Uel dicitur conscientia bona qua scilicet quis sperat peruenire ad id quod diligit.s.deum.quem enim pungit consciẽtia mala.vt dicit August.retrahit se a spe. Uel conscientia bona dicitur ẜm Bern.cui ratio decepta non est nec voluntas peruersa.nec memoria fuerit inquinata. ¶ Secundo conscientia laudabilis est que pura est ex exclusione criminis. Ecclesiasti.xiij Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia.quando non est acquisita.retenta vel dispensata contra cõscientiam. ¶ Tertio laudabilis est consciẽtia sincera.s.sine duplicitate intentionis. Actuũ xxiiij. Studeo sine offendiculo conscientiã bonam habere ad deum ꝛ ad homines. Sed q̃d est melius.an bona fama.an bona conscientia.certe bona conscientia. Ita dicit seneca. Conscientiam magis q̃ famam intende.ꝛ ponit rationem huius dicens. Falli nãq̃ poteris fama.conscientia vo nunq̃. Unde Augu. Senti de Augustino quicquid vis.quicquid libet.sola me in oculis dei non accuset ꝯscientia. Idem ad cleruꝫ hyponensem. Quid obest homini q̃ ex illa tabula vult illum delere humana ignorantia si de libro viuentiũ non deleat iniqua consciẽtia.xj.q.iij. Ex quibus verbis non vult dicere Augu.q̃ non debet quis curare de conseruatione fame ad edificationem aliorum. Nam tales reprehendit acriter dicens. Non sunt audiendi viri sancti.siue femine qui quando reprehendũtur in aliqua negligentia per quam fit.vt in malam veniant suspitionem.vnde vitam suaꝫ longe abesse sciunt dicunt coram deo sufficere sibi conscientiam extimationem hominum non solum imprudenter sed ꝛ crudeliter contẽnentes cum occidant animas aliorum.xj.q.iij.non sunt. Sed loquitur Augusti.in.c.supradictis cum quis est inter eos qui parati sunt reprehendere ꝛ nunq̃ imitari.ꝛ tunc quo ad illos sufficit conscientia sua vnicuiq̃.vt dicit Gratianus. §.hoc inter eos.q.c.ꝛ glo.Jo. ¶ Quarto conscientia est laudabilis tranquilla:scilicet sine remorsione vermis Unde Bernardus in libro de cõsideratione ait. Magne diuitie sunt bona ꝛ tranquilla conscientia. Et reuera sic est. Quid est rebus ditius.quid in corde dulcius.quid in terra quietius atq̃ securius bona conscientia. Dãna rerum non metuit.non verborum contumelias.non corporis cruciatus que etiam ipsa morte magis erigitur q̃ deijcitur. ¶ Conscientia mala dicitur triplici ratione.vel quia est coinquinata. De qua ad Thytum ꝑme coinquinate sunt eorum mens ꝛ cõscientia. Mens quantum ad intellectum.conscientia quantum ad effectum. coinquinata quantum ad peccatum. ¶ Secundo conciẽ-

Cõsciẽtia mala dĩ triplici ratione.

tia est mala: qa cauteriata. de qua .i. ad Thi-
mothe. iiij. Cauteriatam habentes conscien-
tiam. idest corruptam praua intentione & adu
stam igne male concupiscentie. Nam caute-
rium est corruptio carnis ex igne vel per ignē
facta. ¶ Tertio conscientia est mala, quia per
turbata. De qua Sapientie. xvij. Semper pre
sumit seua perturbata conscientia. quia ex-
tollitur contra deum peccare non metuens
eu3 est perturbata ex remorsu vermis. vel quia
extollitur alios affligendo. & hoc cum est per-
turbata: idest inquieta & crudelis. Uel consci
entia perturbata eius: scilicet que desperat ex
crimine & presumit seua super se ventura an-
teq̄ veniant sicut fecit Cayn. Genes. quarto.
qui dixit anteq̄ puniretur a deo. Ero vagus
& profugus.

¶ Notandum q̄ con- .§. vj.
scientia recta in scriptura aliquando domus
ps̄. 126. dicitur. Unde psal. Nisi dominus edificaue-
rit domum. in vanum laborauerunt domu3:
idest conscientiam. & de hac domo potest ex-
poni illud quod christus dixit paralytico sana
to. Uade in domum tuā. Matth. ix. Ubi mo
raliter tria imperat.

¶ Primum vt nequaq̄ quis per desidiam ei-
ciatur. in eo q̄ dicit Uade.

¶ Secundum vt s̄m rectam cōscientiam ope
retur in eo q̄ dicit. In domum.

¶ Tertium vt alienam vitam non scrutetur.
cum dicit tuam.

¶ Quantum ad primum dixit paterfamilias
qui signat dn̄m deum. quibusdam stantibus
in foro. qd hic statis tota die ociosi. ite & vos.
vt habetur parabolice Matth. xx. Ire eni3 est
operari. Et qua via eundē sit docet psalmista
lxxxiij. di. Ibunt de virtute in virtutem. idest
de opere vnius virtutis ad opus alterius. & de
bono in melius: & quo tādem perueniatur ostē
dit idem ps. xli. Effudi in me animam meam
exeundo: scil3 de potentijs anime ad actus vir
tutum. & quasi declarans istam effusione3 sub
dit. quoniam transibo in locum tabernaculi
admirabilis: scil3 conscientie. que tabernacu
lum & domus dicitur vsq3 ad domum dei: sc3
superne glorie. ¶ Quātum ad scd̄m sciendum
q̄ tunc quis vadit in domu3 suam quādo ope
ratur s̄m rectam ↄscientiam. Nam q̄ domus
significet ↄscientiam patet per illud Ecclesia.
xxvij. Nisi tenueris te instanter in timore do-
mini cito subuertetur domus tua .i. conscien
tia tua. ¶ Tertio seruādū est q̄ ita quis ingre
diatur domum suam .i. conscientiam. ad dili
genter ↄscrutādum q̄ non intret alienam cu
riose inquirendo vitam aliorū. qr minus tunc
vacare poterit. Unde dicit Prouer. xxiiij. Nō
queras impietatē in domo iusti .i. in conscien
tia. nec vades requiem eius. Reuertēdo autē
ad scd̄m mēbrum. Notādum q̄ ad hoc vt con
sciētia sit recta. debet se habere ad modu3 do
mus nālis peroptime disposite. quam disposi
tionem notat salo. Prouerb. ix. vbi dicit. Sa
pientia edificauit sibi domum .i. cōscientiam.
& excidit colūnas septe3. immolauit victimas
miscuit vinum & posuit mēsam. Est ergo p̄ma
cōditio domus bene disposite vt cōgruenter
edificetur. Unde dicit sapiētia edificauit sibi
domum. Secūda est vt firmiter sustentetur.
Unde subdit. Excidit colūnas septem. s. ad su
stentādum. Tertia vt delectabiliter ibi quie-
tetur. Unde cōcludit. Immolauit victimas.
miscuit vinum & posuit mēsam. Certe huic do
mui sic bene disposite congruit illud qd̄ dixit
christus Zacheo. Salus huic domui facta est.
Luce. xix. Et quilibet sic ↄscientiam suam de-
beret aptare vt sic eēt recta. Unde in figuram
dictum fuit Ezech. Dispone domui tue. Esa.
xxxviij. i. conscientie eam ordinando. ¶ Quan
tum ad primum. s. ad hoc vt domus conscien
tie cōgruenter edificetur. oportet q̄ fundamē
tum iaciatur solidum paries erigatur in altū
tectum ponatur desursum. solaria intra mul-
tiplicent in medium. Solidū autem fundamē
tum est petra. petra autē erat christus. ait apo
stolus. idest significat christu3. Et fundamen
tum aliud in domo: scilicet recte ↄscientie ne
mo pōt ponere preter id qd̄ positum est. s. dn̄s
iesus. i. ad Cor. iij. Hoc est fides eius. Unde &
saluator noster loquens de viro sapienti dicit.
q̄ edificauit domum suam. supra petrā Mat-
thei. vij. idest consciētiam suam super vera3 fi
dem doctrine eius. Et ideo vt subdit ibi. de-
scendente pluuia. s. tētationum que sunt a de
monijs existētibus in aere. & flantibus ventis
ambitionis & inanis glorie que sunt a mūdo.
& superuenientibus fluminibus cōcupiscētia-
rū que sunt a carne. & irruētibus in illā domū.
non cecidit sed stetit. qr fundata erat supra fir
mam petram. ¶ Paries qui a fundamēto sur
git aduersus celum erigitur. est spes procedēs
a fide. & respiciens dei promissum qui paries
ad modum domus est quadruplex. Uide-
licet expectatio premij in celis. expectatio ve-
nie de peccatis. expectatio auxilij in agen-
dis. & expectatio refrigerij in aduersis. Un-
de apostolus secūdo ad Corinth. v. Habemus
domum non manufactam: scilicet consciētias
in celis. videlicet per spem. ¶ Tectū talis do
mus. i. ↄscientie recte est charitas. De qua di
Prouer. x. Uniuersa dlicta opit charitas. hec
oia sustinet sicut tectū domus. & grādinē calo

Qualiter domus conscie[n]tie ↄgruē-ter edificat.

Fūdamētū.

paries

rem ⁊ hm̄oi: q̄ significāt tribulationes. Respi
cit etiam tectū in extremitatibus suis terrarum:
qr nō solum contemplat deus in altitudines. Sz
etiā inclinat ad suffragādū proximo. In cuius
figuram paraliticus iacens in lecto a quibusdā
per tectum dom⁹ fuit submissus ante xp̄m ⁊ in
de curatus. vt habet Math. ix. et Lu. v. Sola-
Solaria. ria huius domus sunt q̄tuor de qb⁹ dr̄ Sap.
viij. Sobrietatē ⁊ sapiaz docet iustitiam et vir
tutem. quibus vtilius nihil est in vita hoīb⁹.
Est igitur primum solariū sobrietas seu tem-
perantia q̄ facit abstinere a supfluis delectati
onibus. et in hoc solario sūt plēs camere siue
officine. s. virtutes ei annexe. de qbus nūc non
oportz dicere breuitatis cā. Scdm solariū dr̄
sapia q̄ precauet insidias in agēdis: hñs came
ras suas vicz virtutes annexas. Tertiū est iu
stitia in malis vitandis proximoꝝ in miserijs
subleuādis. hñs ⁊ ipsa multas cameras. i. vir-
tutes annexas. Quartum est vtus. i. fortitudo
in pferendis molestijs cū suis cameris. i. virtu
tibus ānexis. Uade ergo in domū tuā. i. ɔsciē
tiam. sic recte edificatā d̄ solario in solarium.
⁊ de officina in officinā. ⁊ de camera in came
ram virtutē discurrēdo: et sic recte opaberis.
Hāc tn̄ domū ɔscie nō tu s3 pncipaliter deus
Domus conscientie firmiter debz sustentari. edificat. Et ideo bn̄ dicitur q̄ sapiētia scz xp̄s
edificauit sibi domū. Quantum ad secunduz
ad hoc vt domus firmiter sustentet cum lata
est ⁊ alta. requirunt plēs colūne q̄ sustineant
pōdus. Septem aūt colūnas sapie excidit ad
stabiliendū ⁊ sustentandū domū ɔscie. Alias
ppter diuersos īpulsus vitioꝝ corrueret. Et
sunt he septē colūne septē ɔditiōes vere pnie.
q̄s ponit apls. ij. ad Cor. vij. dicēs. que eni s̄m
deū tristitia est penitētia in salutem stabilem
operat. Operatur eni in nobis sollicitudinem
sed desideriū: s3 defensionē. s3 indignatiōem.
sed timorez s3 emulationem. sed vindictā: s̄m
Hugonē cardinalē. Est igit prima colūna sol
licitudo. s. ad bene custodiēdū sensus suos qui
sunt fenestre anime seu porte per q̄s ingredit
diabolus vt furetur thesauꝝ virtutum. Unde
sollicite vigilare oportz qd̄ docz xp̄s Math. xxiiij.
Si sciret pf familias qua hora fur veniret. vigi
laret vtiq3 et non sineret pfodi domum suam.
Scda ē desideriuz scz placēdi deo. qui est ser-
uor charitatis multū domū ɔsciētie fortificās
⁊ absorbens pctā quotidiana: sicut ignis gut-
tas aq̄. In huius figuram Zache⁹ desiderans
xp̄m videre ⁊ nō valens propter paruitatē sta
ture. ascendit i arborē siccomoꝝ. ppter qd̄ de
sideriū xp̄s dixit. Descēde qr i domo tua oportz
me manere. Ascensio aūt in arborē signat asse
Luce. xix. sum mentis p meditationē. ⁊ affectū ad crucē
seu passionē xp̄i. Circa quod dicit Bern. supe.
cantica. Quid efficatius ad curandum cōsci-
entie vulnera. necnon ad purgandum anime
mentem q̄ christi vulnerū sedula meditatio.
¶ Tertia columna dicitur defensio: vt si cum
inimicus vult circundare domum consciētie
⁊ intrare per desperationem vel lasciuiam vel
per alia vitia defendat se quis viriliter resistē
do: quod quia non fecit mulier que fuit posita
ad custodiam domus ysboseth regis israel: s3
dormitauit intrantes duo principes latronuz
domum occiderunt ipsum regem percutiētes
in inguine. vt habetur. ij. Re. iiij. Ad figuran-
dum q̄ si mulier idest ratio non defendit se cō
tra tentationes: sed dormiat occiditur anim⁹
⁊ domus conscientie spoliatur. ¶ Quarta co-
lumna dicitur inclinatio contra seipsum de-
testando peccatum commissum inquantum ē
dei offensa. Et quanto quis magis indignatur
⁊ detestatur peccatum. tanto fortior est colū-
na. Non autem debet quis indignari contra
naturam peccatoris vel contra personam eius
ad misericordiam suscipiētis. Sicut indigna
tus est frater prodigi de patre suscipiente ipm
prodigum reuertentem ad penitentiam ⁊ ad
domum paternam adeo indignatus q̄ noluit
in domum introire. Sed ipse prodigus indi-
gnatus contra suam culpam intrauit domuz
⁊ honorabiliter susceptus est. ¶ Quinta colū-
na est timor qui in peccatorib⁹ aliqualiter di
spositis in conscientia solet esse pncipaliter de
penis inferni. ⁊ hic timor licet non sit sufficiēs
ad salutem tamen cauere facit a multis ma-
lis: ⁊ ideo bonus. Timor enim domini expel-
lit peccatuz vt dicitur Eccl. i. Sed in recte cō
scientiatis timor iste est de non offendēdo de-
um: ne amittatur gratia beniuolentie eius. ⁊
iste est necessarius. Unde Eccl. xxvij. dicitur.
Nisi tenueris te instanter in timore domini ci
to subuertetur domus tua. ¶ Sexta columna
est emulatio illa: videlicet de qua dicit aposto
lus. Emulamini carismata meliora prima ad
Cor. xij. Hec emulatio importat affectum ma
gnum habendi dona spiritualia que videt in
proximo: cum quadam tristitia de defectu il-
lorum bonorum que in se esse non videt. ⁊ hoc
facit hominem laborare ad proficiendum in
via dei. Hanc emulationem videtur habuisse
martha que christum excepit in domum suā.
vt dicitur Lu. x. propter quod quasi dolens q̄
soror sua erat magis dedita spiritualibus: qr
sedens secus pedes domini audiebat verbum
illius: dixit christo: domine non est tibi cure
q̄ soror mea reliquit me solā ministrare. ¶ Se
ptima columna dicitur vindicta: idest puni-
tio de ipsis peccatis. quanto enim qs plus pec
cauit ⁊ grauius: tanto magis debet dolere ⁊

ſe corporaliter affligere: eſt enim penitentia vt dicit Aug. quedam dolentis vindicta puniẽs in ſe quod dolet commiſiſſe. de pe. diſt.iij. qḋ optime ſeruauit Maria magdalena: quando intrans in domum vbi chriſtus erat: ſtans retro lachrymis cepit rigare pedes ⁊c̃. Lu.vij. Has igitur ſeptem columnas domum conſcientie ſuſtentantes: ſapientia chriſtus excidit et ſe procedentes. proponens etiam homo per liberum arbitrium in domo conſcientie habitare: ſupponat has etiam columnas. Vade ergo in domum ad huiuſmodi columnas ſupponendum vel reficiendum. poſſunt etiam intelligi per has columnas ſeptem dona ſpiritusſancti. ¶ Quantũ ad tertiũ principale dico. ꝙ ad bonitatẽ domus requiritur ꝙ delectabiliter ibi

Tria ſũt que ingetant hominẽ in domo.

homo quietetur. Dicitur enim prouer.xxvij. ꝙ fumus ſtillicidium ⁊ litigioſa mulier expellant hominẽ de domo. ⁊ hoc ideo quia inquietant ipſum. ⁊ fumus quidẽ qui in altũ aſcẽdit eſt mentis eleuatio. Mulier litigioſa ẽ ſenſualitatis contradictio ad ſpiritũ. ſtillicidiũ ẽ peccatorũ ⁊ ĩ paruorũ vilipenſio: ſeu curationis eorũ neglectio. Sed diuina ſapientia in domo conſcientie quã edificauit vt ſibi ſit requies ⁊ leticia poſuit menſam ſacrorũ eloquiorũ bonorũ ſpiritualiũ que defendunt nos cõtra volentes inquietare. Unde. pſ̃.xxij. Paraſti in cõſpectu meo menſam: aduerſus eos qui tribulant me. Immolauit victimas: ideſt ſacrificia chriſti ⁊ ſanctorum: quibus ſeipſos obtulerũt morti. Propoſuit vt in euchariſtia ⁊ alijs ſacramentis. Sic pater filio prodigo in domuꝫ reuerſo obtulit vitulũ ſaginatũ in eſum. Miſcuit etiaꝫ vinũ quod letificat cor hominis. ⁊ omnẽ mentẽ facit ſecurã. vt dicitur. ij. Eſdre. ix. ideſt ſpiritualẽ conſolationẽ ⁊ leticiã. De q̃ domo conſcientie ſic preparata dicit ſapiens. Intrans in domũ meã: ſcilicet conſcientie cõquieſcã cũ illa. Non enim habet amaritudinẽ conuerſatio illius. nec tedium conuictus illius: ſed leticiã ⁊ gaudiũ. Sapientie. viij. qḋ gau

Septẽ fructꝫ bõe cõſciẽtie.

diũ cauſatur et ſeptẽ fructibus ipſius bone cõſcientie: quibus fruitur: ſcilicet in vita preſenti ⁊ hoꝝ. ¶ Primus eſt qꝛ ipſa eſt radix charitatis. Vñ pma ad Tytũ. i. Finis pcepti eſt charitas de corde puro ⁊ cõſciẽtia bona. i. pcedẽs ⁊ Bern. in libro de cõſideratione. Fortitudo tua fiducia fidelis cõſciẽtie. ¶ Secũdus fru-

pſ̃.v.

ctus eſt nitor veritatis. Vñ pſalmiſta orabat. Dirige in cõſpectu viã meã glo. in conſpectu tuo. i. in cõſciẽtia vbi ſolus deus videt: via q̃ ducit ad patriam eſt via veritatis. ⁊ ſubdit qm̃ non eſt in ore eorum veritas: ſcilicet inimicorum: qui falſo opinantur de conſcientia alterius. Sed vt dicit Grego. Liber inter accuſatores eſt quem conſcientia non reprehendit. xi. q. iij. Inter verba. ¶ Tertius fructus eſt ornatus venuſtatis. ſed anime que eſt ſponſe chriſti vnde dicit ipſe ſponſus anime ſancte. Quam pulchra es amica mea: ꝗ̃ pulchra: ſcilicet quo ad interiorem diſpoſitionem ⁊ exteriorem cõuerſationem: ⁊ ideo dicit bis pulchra: ocli tui columbarum: per diligentem circunſpectiõeꝫ abſq; eo quod intrinſecus latet: ſcilicet in cõſcientia per bonorum ornatum: ſcilicet propoſitionem. ¶ Quartuſ eſt retractorium a peccatis: quem enim conſcientia mordet ⁊ ſtimulat ꝙ aliquid ſit illicitum. per hoc retrahitur a peccato in quo labi poſſet. Conſiderat enim illud Jacobi. iiij. Scienti bonum ⁊ non facienti peccatum eſt illi. Et. ij. Pe. ij. Melius erãt illis veritatis viã non agnoſcere ꝗ̃ poſt agnitaꝫ retroire. Nec tñ propter hoc fugiendum eſt ad latebras ignorãtie. vt dicit Aug⁹. Quia affectata ignorantia peccatũ auget: non minuit. ⁊ ꝙ conſciẽtia retrahat a malo ⁊ prouocet ad bonũ oſtenditur Prouer. xij. vbi dicitur. Eſt qui promittit ⁊ quaſi gladio pungitur conſciẽtie. Nã inſtinctus cõſciẽtie pmittit pmiũ benefaciẽti. ⁊ pungit minãdo penã eternã bona negligenti. ¶ Quintus eſt theſaurus honeſtatis. de quo Ecc̃i. xiij. Bona ẽ ſubſtãtia cui nõ ẽ peccatũ in cõſciẽtia. quod tã de ſubſtãtia rerũ terrenaꝝ ꝗ̃ ſpiritualiũ intelligi põt. vt ſcilicet nec de virtutibus nec ſcientia ſuperbiat: ⁊ tẽporalia illicite non retineat. Hinc Caſſiodor⁹ in epiſtolis. quid acquiri ait putaſ vbi bona cõſciẽtia pdiſ: aut in qua parte poſſit hõ pficere ſi innocẽtiã pbatus fuerit amiſiſſe. ¶ Sext⁹ eſt teſtimoniũ bonitatis ad Ro. ij. teſtimoniũ illis reddente cõſciẽtia ſua. Vñ Grego. ſuper Ezech. quid prodeſt ſi oẽs laudẽt ⁊ cõſcientia accuſet: aut quid poterit obeſſe ſi oẽs derogẽt ⁊ conſcientia defendat. ⁊ Bern. ſuper Cãtica. omnino ſufficit aduerſum nos loquentiuꝫ iniqua: opinio bonorum cum teſtimonio conſciẽtie. ¶ Septimus fructus bone conſcientie eſt cõuiuiũ delectabile. Nã vt dicit puer. xv. Mẽs ſecura q̃ſi iuge cõuiuiũ: ſecuritatẽ aũt mentis facit bona cõſciẽtia. Vñ ⁊ ſapiẽtia parauit mẽſaꝫ miſcuit vinũ. qḋ vinũ ẽt itelligi põt de ſanguine xp̃i q pncipaliter operaſ cõſciẽtie bonitatẽ. Vñ apl̃s ad Hebr. ix. Sanguis xp̃i mundauit cõſcientias. ¶ Quantũ ad quartũ de ornatu domus reqriſ ꝙ ſit picturata: ſcilicet exemplis ſanctoꝝ edocta. Unde quidam rex tur-

Cõſciẽtie ornatus.

pis ſpecie cubiculũ ſuũ depingi fecit pulcherrimis imaginibus vt eaꝝ aſpectu vxor ſua pulchrũ pareret filiũ. Cur xp̃ianus domũ ſue conſciẽtie in memoria bonoꝝ exemploꝝ nõ depinget vt vxor ſenſualitatis ples virtutũ gigneret.

Secundo requiritur ad ornatum domus: qđ odoribus non fetoribus referta quod fit p bonam famam ex honesta cõuersatione ⁊ virtuosa. Unde apostolus .ij. ad Cor.ij. Christi bonꝰ odor sumus deo in omni loco. Et in figuram huius dicitur de domo vbi christo facta est cena a martha ⁊ maria ꝙ domus repleta est ex odore vnguenti. Johan.xij. Tertio pertinet ad ornatum domus vt sit bene illustrata lumini gratie. vel lucerno lumine scripture veritatis. Unde etiam in figuram mulier vt adinueniret dragmam accendit lucernam ⁊ euertit domum. vt habetur parabolice Luce.xv.c.

¶ Sed quem potest vex .§. vij.

Circa ꝯsciẽtiã septem sunt differentie hoĩum

scire valeat se habere rectam conscientiam lumine: scilicet gratie illustratam: an nõ. Ad qđ respondetur ꝯm Alexan. de hales. ꝙ septem sunt differentie hominum circa huiusmodi attendende. Aliqui enim putant se habere bonam conscientiam ⁊ gratiam seu charitatem: sed neutrum habent. Alij sciunt ꝙ illam non habent. Alij dubitant de hoc. Alij opinantur ꝙ habeant gratiam ⁊ bonam conscientiam. Alij experiuntur sed non habent de hoc conscientiam. Alij hoc sciunt tantum per reuelationem. Septimi hoc sciunt per causaꝫ ⁊ certam visionem. ¶ Primi ergo sunt infideles ⁊ heretici. immo etiam christiani quidam tepidi qui non illustrantes conscientiam suam ex ignorantia crassa: mortalia communia nõ credunt mortalia esse. Unde in his perseuerant: ⁊ sacramentum eucharistie indigne percipiunt. Propter quod dicit apostolus prima ad Corinth.xi. Probet autem seipsum homo. idest conscientiaꝫ examinet. ⁊ sic de pane illo edat. In tali cecitate fuit aliquando Paulus. vt ipse testatur. Naꝫ captus a romana militia hierosolymis iudeos: ad quorum petitionem captus fuerat sic alloquitur. ego enim cõscientia bona conuersatus sum ante deũ vsq; in hodiernum diem Actuum.xxiij. Qui tamẽ ꝑsecutꝰ fuerat ecclesiaꝫ putãs bñfacere. ¶ Secundi sunt qui sciunt se habere non bonã conscientiam: vt hi qui sciũt se esse in mortali actu vel proposito. non penitentes: ad quos potest illud dirigi Eccẽs.vij. Scit conscientia tua qꝛ tu crebro maledixisti aliis. ¶ Tertij sunt qui dubitant se habere bonam conscientiam qui scilicet habent rationes eque fortes ad hoc ꝙ sint in gratia: sicut ad propositum: puta cum vident se esse tepidos in amando deum. non habendo affectum orandi ⁊ ad alia spiritualia. vel multum remissum. parum doloreꝫ sentire de peccatis ⁊ huiusmodi. ⁊ ex opposito cõsiderant nullam voluntatem se habere peccãdi mortalr ꝫ ꝓpositũ abstinẽdi. detestari peccata cõmissa rõne ⁊ hmõi. Tales dicere pñt illđ apli. Nihil mihi cõsciꝰ sum: ꝫ nõ i hoc iustificatꝰ sum. i. ad Cor. iiij. ¶ Quarti opinãtur se hr̃e bonã ꝯsciam ⁊ se eẽ i gr̃a: etiã ꝓbabilr̃ cum formidie tñ aliq̃ de opposito. Sicẽ illi q vident se feruẽtes i amore dei ⁊ primi: ⁊ amore lugere dei offensas paratos ad sufferẽdũ aduersa: sentiũt tñ aliqñ rebellionẽ carnis ad spũ ⁊ fragilitatẽ: ⁊ hi dicere valẽt illđ .ij. Cor.i. Gl'ia nr̃a hec ẽ testimoniũ ꝯscie nr̃e. ꝙ in simplicitate ⁊ sinceritate dei ⁊ nõ i sapia carnali: ꝫ i gr̃a cõuersati sumꝰ. ¶ Quinti expiunt se hr̃e gr̃am ⁊ bõa ꝯscia: sicẽ illi q sentiũt dulcedinẽ diuie bonitatis i orone: ⁊ gustãt q̃ꝫ suauis ẽ dñs. Ad qđ inuitat. ps. Gustate ⁊ videte qm̃ suauis ẽ dñs. beatꝰ vir q spat i eo. Gustate alt. i. noticia expimẽtali ⁊ affectiua causata ex re vnita sensui gustus. i. ⁊ affectꝰ. Videte. i. ꝯtẽplãdo eiꝰ bonitatẽ qm̃ suauis ẽ dñs ale q̃rẽti eũ ⁊ gr̃e possessionẽ. Beatꝰ vir q spat i eo. i. hñs ꝯsciam bonam. Nã ꝙ ꝯscia bõa significet spem: pꝫ ex illo apl'i ꝑma ad Thi.i. Charitas de corde puro. i. ꝓcedit ⁊ ꝯscia bõa. Ubi glosa. i. spe vera q̃ causat ex dei amicicia. sicut ⁊ spes causat ex bona cõsciẽtia. Ista tñ cognitio nõ est permediũ infallibile sed per signa. ⁊ ꝙ de bona cõsciẽtia queat hr̃i experimẽtalis cognitio ꝓbat Apocaly.ij. vbi dicit. Vincenti dabo manna absconditum. Vincenti scilicet vitia dabo mãna abscõditũ: idest dulcedinẽ ex inhabitatione christi in domo cõsciẽtie. Absconditũ qꝛ ab aliis non videt: nec clare a seipso sentit. Et dabo ei calculum candidũ: idest habitũ gr̃e ⁊ charitatis: q̃ gr̃a lucet ⁊ emũdat inde dicitur candidũ. calculus aũt hic dicitur carbunculus. ⁊ nomen nouũ scriptũ qđ nemo scit nisi q accipit. Hoc nomẽ est quo filij dei p adoptionẽ efficimur. ¶ Sexti qui sciunt se habere bonã cõscientiã ⁊ gr̃am p reuelationẽ dei. qđ habuit Abraam quando dñs ei dixit per angelum. Nunc cognoui ꝙ timeas deum Gen.xxij. Cognoui. i. cognoscere te feci quod timeas deum: scilicet timore filiali: qui sine gratia ⁊ conscientia bona esse non potest. ¶ Septimi sunt qui sciunt per causam rei vel ratione rei. vt hi qui clare viderunt diuinam essentiam in vita presenti: sicut Moyses in veteri testamento. ⁊ Paulus in nouo quando raptus fuit ad tertium celuꝫ. Unde ipse dicebat. Certus sum ꝙ nec mors nec vita ⁊c. separabunt nos a charitate christi. Ad romanos. viij.

Ps. 33

¶ Hec ergo bona con- .§. viij.

scientia dicitur domus. De qua christus dixit. Domus mea domus orationis vocabitur. Joh.i

math xxi.

Et de mala subdit. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Math.xxi. Facit aliquis domum conscientie speluncam latronum ex septem malis que reperiuntur in ea. & primum est quia bellum intestinum generat dum vna cogitatio alteri recalcitrat. Seneca. Timidum non facit animum nisi reprehensibilis vite conscientia. ¶ Secundum malum est: quia proximum enecat quia cum quis ab intra habituatus mala conscientia: ad extra mala opera ei incipit proximo causa ruine insistit. Unde apostolus.i.ad Cor.viii. Si quis viderit eum qui habet conscientiam in ydolio recumbentem nonne conscientia eius cum sit infirma edificabitur ad manducandum ad ydolotica & peribit infirmus frater in conscientia tua. ¶ Tertium mundam immunda sibi aptitat seu facit ad Tytum.i. Omnia munda mundis: inquinatis autem & infidelibus nihil est mundum: sed inquinata sunt eorum mens & conscientia. ¶ Quartum malum est: quia difficile viam patitur eis iniustis qui dicunt sapientie.v.c. Ambulauimus vias difficiles. quod contrarium suadet apostolus ad Heb.x. dicens. Accedamus ad sacerdotem magnum christum cum vero corde in plenitudine fidei aspersi corda a conscientia mala. Hinc & seneca. Mala conscientia sepe tuta est. secura nunquam. ¶ Quintum ad errorem adiuuat. ita vt nunquam ad heresim inducat.i.ad Thi.iiii. In nouissimis temporibus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum in hypocrysi loquentium mendacium & cauteriatam habentium suam conscientiam: idest corruptam & concupiscentiam adustam. ¶ Sextum ad gehennam edificat. Omne enim quod est contra conscientiam etiam erroneam si durat: vel quod non est ex bona conscientia. edificat ad gehennam. xxviii.q.i. Omnes. ¶ Septimum malum est: quia tristiciam continuat in magnum grauamen anime. Sap.xvii. semper presumit seua & perturbata conscientia. & Isid. dic. Nulla pena grauior quam mala conscientia.

¶ De conscientia scrupulosa .§.ix.

potest exponi illud ps.liiii. Saluum me fecit: scilicet deus a pusillanimitate spiritus & tempestate. Ubi tria possunt notari.

¶ Primum est scrupulose conscientie sanatio. ibi. Saluum me fecit.

¶ Secundum scrupulose conscientie causatio. ibi. A pusillanimitate.

¶ Tertium scrupulose conscientie nociua aggrauatio seu propagatio. ibi. Et tempestate.

Quid est scrupulus. Incipiendo autem a secundo vt ordinatiue loquamur. Sciendum quod scrupulus est vacillatio quedam consurgens cum formidine ex aliquibus coniecturis debilibus & incertis. Unde videtur esse scrupulus id quod apud alios dicitur pusillanimitas que est tedio seu timore rerum aduersarum inere & inconsiderata tracti animi deiectio. & sic vtrumque scilicet et tam scrupulosus quam pusillanimitas importat inordinatum timorem. Unde ipse scrupulus a quibusdam vocatur erronea conscientia: ab aliis timor conscientie: & ab aliis pusillanimitas. Contra quod dicitur Eccl.vii. Noli esse pusillanimis in animo tuo. ¶ Sciendum autem secundum albertum in libro de quatuor coeuis: quod differentia est inter scientiam. fidem opinionem dubitationem & scrupulum seu suspitionem. Nam scientia proprie est eorum que cognoscuntur per causam: & quia impossibile est aliter se habere. Fides autem est perfecta persuasio vnius partis seu conclusionis per multa probabilia vel auctoritatem dicentem. Et hoc etiam appellatur credulitas & conscientia. Opinio autem est acceptio vnius partis cum formidine alterius. ita tamen quod ad illam quam formidatur non habetur ratio expressa. formidatur tamen propter debilitatem rationis alterius partis: dubitatio vero est interminatus motus rationis super vtramque partem contradictionis pro equalia media ita quod non magis pendet ad vnam partem quam ad aliam. & hec etiam dicitur ambiguitas. Demum scrupulos ex leuibus coniecturis seu mediis. & multum debilibus mouetur ad vnam partium. & hic etiam dicitur suspitio & pusillanimitas spiritus que repellenda est: vnde dicitur.vi.q.i. oues. Omnis suspitio potius obiicienda est quam acceptanda. Et ratio assignatur in.iii. parte cum dicitur de tempestate. ¶ In qua quidem tertia parte notatur effectus nociuus qui sequitur ex ipsa pusillanimitate seu scrupulo. Inducit enim ad quoddam tedium & tristitiam aggrauantem animum vt nil boni ei agere libeat: & sic velut tempestas que descendit in egyptum consumpsit omne quod reperit viride. Sic tristitia procedens ex scrupulo consumit vigorem & robur animi. ¶ Diminuit etiam audaciam aliorum ad bonum suo exemplo: propter quod dominus precepit: quod hi qui erant cum gedeone pugnaturi contra hostes formidolosi & pusillanimes non irent cum aliis sed reuerterentur domum: ne videlicet ex timore fugiendo aliorum audaciam debilitentur. vt habetur Iudi.vii. Et in figuram scribitur Jone.i. quod hi qui nauigabant cum Jona propheta. orta tempestate in mari odio timuerunt valde. sed ipso Jona ab eis semoto cessauit tempestas & securi facti sunt. Inducit demum scrupulosa conscientia tempestatem desperationis a qua liberari se pete-

Differunt scientia fides opinio &c.

Opinio

Dubitatio.

Scrupulus seu suspitio

bat. ps. lxviij. vi. Non me demergat tépestas .i. desperationis. Unde et Bern. Pusillanimitas parat perturbationes: perturbatio desperationem. desperatio vero interimit. In cuius figurá legitur .i. Macha. ij. quod quidam scrupulosi ex societate machabeorum: qui noluerunt se defendere contra hostes bellantes adversus eos in die sabbati: timentes ne propter hoc violarent sabbatum occisi sunt ab eis. ¶ Causatur autem ista scrupulositas seu pusillanimitas inducens tépestaté multorum malorum. quandoque ex cóplexione ad timoré idonea vt est cóplexio frigida. puta in feminis vetulis et melancolicis. Timor enim naturaliter secundum Damascenum cor cóstringit. sicut et frigida constringunt et congelationem faciunt: ad qué motum contractionis imaginatio movetur a timoris dispositione. ita vt concipiat quod aliquid esse futurum malum: et per consequens fugiendum. ¶ Quandoque causatur pusillanimitas seu scrupulus ex egritudine manica vel melácolica: que est infirmitas capitis per quá leditur imaginatio et quandoque ratio. Unde Gal. et Avicé. dicunt quod mania est infectio anterioris cellule capitis cum diminutione imaginationis. ¶ Melácolia vero est infectio medie cellule capitis cum diminutione rationis. ¶ Causatur et aliquando scrupulus ex téntatione diabolica. pót enim diabolus deo permittente movere melancolicos humores in homine: per quos imaginatio vel errare pót. aut turbari ad timoré inordinatum. Unde et Avic. dicit quod quibusdam medicis visum est quod melácolia contingat a demonio. Aliquándo vero procedit pusillanimitas seu scrupulus ex regiminis corporalis negligétia. i. per nimiam abstinentiá: vigilias et huiusmodi. Unde beatus Hiero. Rationalis hominis dignitaté amittit: qui vel ieiunium charitati: aut vigilias prefert sensus integritati: vt per imoderatam abstinentiá atque indiscretam psalmorum vel officiorum decátationem. aut amentie aut tristicie. i. melácolie incurrat. nota de conse. di. v. non mediocriter. ¶ Aliquándo causantur scrupuli ex societate timidorum. Nam vnus scrupulosus facit aliú scrupulosum. Removende igitur sunt huiusmodi cause ne ipsa pusillanimitas tépestatem inducat: et demum in infernum devolat. quod inde consequenter ostendit ps. qui postquam dixit. Non me demergat tempestas. vt expositum est. Subdit neque absorbeat me profundum scilicet infernus.

¶ Quomodo auté removeatur talis scrupulositas: declarandú est. nunc revertédo ad primam partem vbi dicit. Salvú me fecit. i. ab huiusmodi. Salvat ab illo malo sicut et ab aliis cúctis principaliter deus. Unde et dixit sarra vxor thobie dño loquens post tépestatem. i. scrupulositatis tráquillum facis. Salvum auté facit ab huiusmodi tamquam per instrumenta per morales medicos. prelatos et confessores. consultores idoneos. Non autem debét scrupulosi dure corripi: sed animari ad deponendum pusillanimitatem et scrupulú ostendendo pericula supradicta: nisi sequatur medici spiritualis monitum. Septem autem sunt regule quarum adminiculo conscientia scrupulosa seu erronea deponi potest et debet: et sic salvari. Primum videlicet debita ad gratiá dei preparatio. Secúdum sollicita sacre scripture indagatio. Tertium orationis devota continuatio. Quartú opinionis alicuius tute electio. Quintum obedientie humilis imitatio. Sextum scrupulorú animosa abiectio. Septimum preceptorum discreta epicaizatio. i. interpretatio. que septem iubet habere eterna sapiétia. Proverb. ij. Et si non secundum ordinem positum dicens. Si susceperis sermones meos subaudi modo debito quo ad septimum. et mádata mea custodieris penes te. i. observando. et sic te ad gratiá preparando quo ad primum. si sapientiam invocaveris. i. per orationé: quo ad tertium: et inclinaveris cor tuú. i. per obedientiam quo ad quintum. prudétie. i. eligédo opinionem tutam quo ad quartú. si quesieris eam quasi pecunias: quo ad sextum. i. animose abiiciendo scrupula. tunc intelliges timorem domini et sciétiam dei invenies que facit rectam conscientiam. ¶ Prima igitur regula est vt quis se ad gratiá preparet quantú potest servando mandata dei. de peccatis perpetratis dolédo et confitédo. Nam quicúque facit quod in se est secundum Tho. in. iiij. nulli tali abstrahit deus gratiam sed infallibiliter infundit. et lumé doni. sapientie. scientie. cósilii. et intellectus tribuit quibus iuvari potest ad depositioné erronee cóscientie. Unde ipse dicit per Hiere. c. iij. Convertimini filii revertentes dictum. i. in vobis est. et ego sanabo aversiones vestras. Et per Ezechielem. c. xviij. Nunquid voluntatis mee est mors impii. et nó potius vt convertatur et vivat. et Esa. xlix. dicit. Nunquid oblivisci pót mulier infanté suum vt nó misereatur filio vteri sui. Et si illa oblita fuerit. ego tamen non obliviscar tui. Figuram huius habes. ij. Reg. xiiij. in absalone fratricida recepto ad gratiam a patre suo David recognita offensa se humiliando. ¶ Secúda regula est sollicita sacre scripture indagatio. Unde dicit Salo. Si quesieris eá quasi pecuniá amatores mundi: qui studiú habent acquirendi pecunias. preceptoré querút primo bene doctum in arte per quem volút acquirere pecuniam vt doceat eos subtilitates et modos acquirédi: et inde sunt solliciti ad videndum et recolligendum

Unde causatur pusillanimitas vel scrupulus.

Septem sunt per que erronea cóscientia pót rectificari.

.i. regula

.2. regula

libros suorum computorum auxilia etiam querunt aliorum. et sic etiam spiritualiter queri debet sapientia scripturarum diuinarum. Unde Prouer. i. di. Audiens sapiens sapientior erit. et intelligens gubernacula possidebit. Aduertet parabolam et interpretationem verba sapientum et enigmata eorum. Hinc Hiero. ad paulinum. Intellige te in sacris scripturis: sine premio et monstrante semitam non posse ingredi. Et exemplificat de quibusdam artibus et de paulo qui post annos quatuordecim contulit cum apostolis euangelium et saluatore nostro duodenni interrogante doctores in templo. deinde debet quis assiduus esse in lectione scripturarum. Unde Hiero. ad nepotianum. Scripturas sepius lege. imo de manu tua nunquam sacra lectio deponatur. Disce quod doceas. In huius figuram mandauit dominus Exo. xxxvii. vt vectes quibus portabatur archa iugiter annulis ipsius arche essent inserti. ne cum haberet transferri mora fieret de transmittendis vectibus. Ad signandum quod qui habent alios docere. per quos ecclesiam quasi circumfertur. debent continuo adherere studio scripturarum secundum quadruplicem sensum significatum per quatuor annulos. ne cum habent alios instruere. tunc querant addiscere.

Tertia regula ¶ Tertia est orationis deuote continuatio. Unde Iaco. i. dicitur. Siquis vestrum indiget sapientia postulet a deo et dabitur sibi. Sapiens in se expertus ait. Inuocaui et venit in me spiritus sapientie qui spiritus est vnctio que docet de omnibus. vt di. in. i. canonica. Ioan. i. necessarijs ad salutem. Sic et salomon postulans sibi dari sapientiam ad recte iudicandum populum. vbi occurrunt multa dubia obtinuit eam. iij. Reg. iij. Et iosaphat rex ad dominum

2. pali. po. 20. inquit. cum ignoremus quid agere debeamus. hoc solum residui habemus vt oculos nostros ad te erigamus. Et precipue oratio valet ad tollendum scrupulos qui procedant ex temptatione diaboli. quod figuratum est Matth. xvij. in demoniaco lunatico sanato a christo qui proijciebat illum obsessum. quandoque in ignem quandoque in aquam. Sic scrupulosus de vno contrario vadit ad aliud. et de eo dixit quod illud genus demoniorum eijcitur in oratione. sic beatus Petrus martyr oratione liberatus

4. regula fuit a scrupulo infidelitatis. ¶ Quartam regulam

5. regula quia plixa est ponemus in fine. ¶ Est igitur quinta regula obedientie humilis imitatio. vt. s. scrupulosus captiuet intellectum suum dictis sapientum et obedientie superiorum. quantumcumque scrupulus sibi dictet aliud. Unde Prouer. iij. di. Ne innitaris prudentie tue. Et Thob. iiij. Consilium semper a sapiente inquire. Et Prouerb. xxij. Ne transgrediaris terminos quos posuerunt patres tui. Hinc et cancellarius parisien. in. iiij. de vita aie inquit. Unum hoc generale damus documentum. credere vz faciliter sapientior et bonorum iudicio: et contra communes eorum fallas non leuiter sibimet formare scrupulos anxios et timidos. Et in li. de vita fratrum predicatorum narratur quod cum quidam defunctus appareret alteri eiusdem ordinis. s. predicatorum qui erat multum scrupulosus ipso interrogante de scrupulis suis. Respondit defunctus. Consule discretos et acquiesce eis. ¶ Similis legitur de quodam discipulo beati Bernardi quod cum non posset deponere scrupulos suos propter quod ad celebrandum non auderet accedere. Dixit ei Bernardus. Uade frater et in fide mea celebres. Obediuit ille simpliciter olo ille scrupulus perpetuo recessit. ¶ Sed siquis scrupulosus diceret. Utinam talis esset prelatus: qualis erat Bernardus. crederem faciliter imponenti et acquiescerem consulenti. Nunc autem cum superioris mei paruam sapientiam conspicio. non audeo meam conscientiam sue fidei committere. Respondet cancellarius. Quisquis ita dicis et sapis erras et deciperis. debes ergo sibi obedire non vt homini sed vt deo in [illegible] cuius vices gerit. Unde Lu. x. christus di. it. Qui vos audit me audit. si tamen non contra deum insserit. Et cum causa scrupulositatis vt dictum est. s. Aliquando procedit ex qualitate complexionis. precipue melancolice. aliquando ex egritudine superueniente manica vel melancolia. aliquando ex indiscreto vite regimine. puta per nimias abstinentias: pertinebit ad moralem medicum rectorem vel confessorem in huiusmodi adherere remedia de consilio medicine: et scrupulosus seipsum vincat. Et si durum videatur in assumendo illa remedia precipue consulta vel data seu imposita ab ipso medico spirituali. Dicitur enim Eccle. xxxviij. Altissimus de terra creauit medicinam. et vir prudens non abhorrebit eam. Non tamen expedit in omnibus viuere medicinaliter precipue religiosis. Nam vt dicit Amb. de conf. di. v. Contraria sunt diuine conditioni precepta medicine. lugubrare non sinunt. vigilare non permittunt. ab omni specie meditationis abducunt. Nec etiam scrupulosus debet timere vitam sibi obseruare. et obseruatione preceptorum dei et ecclesie. vel obseruatione sue religionis. dummodo ex capite suo non addat alia magis austera. Nam vt dicit Iob. Constituisti terminos eius. s. vite hominis. qui preteriri non poterunt. nec Iob. 14. secundum prolongationem: nec secundum abbreuiationem. sed et si abbreuiaretur secundum causas secundas et nanciscitur sibi esset ad cumulum penitentie non peccati illa. s. faciendo ad placendum deo. et secundum communes regulas traditas ab ecclesia et religionibus approbatas.

6. regula ¶ Sexta regula est animosa pugnatio seu repulsio scrupulorum seu pusillanimitatis. Ad quod hortatur dominus Esa. xxxv. dicens. Confortamini pusillanimes. confortamini et nolite timere: ecce enim deus vester. s. adiuuans et illustrans.

Unde Grego. in moral. dicit q diabolus assimilatur mirmico leoni. quod animal dicitur leo formicarum. Nam formicis que minutissime sunt discurrentibus insidiatur et occidit. Sed alia animalia grandiuscula itinerando conculcant et perimūt. Sic diabolus inuestigat cōplexiones hominum. vt dicit Grego. et quos videt parui cordis. et pusillanimes et scrupulosos ipsos aggreditur et scrupulis et vitijs occidit. Sed a magnis spe et vigore rationis diabolus ipse prosternitur et abijcitur. Hinc et cācellarius in quodam tractatu suo inquit. Mille surgūt apud aliquos scrupuli more canum oblatrantes et lacerare minātes. ipsos qui volunt ire per viam dei quos conuincere et compescere melius quam per contēptum nequimus. Tantūmodo si contēptus ille sit timoratus et regulatus: non absque breuis alterius: presertim superioris cōsilio. Et idem in tractatu de regulis moralibus ait. Cōsilium salubre est frequenter agere contra scrupulos leues et tepidos. vitādo eos ad aliorum iudicium: quatinus ex cōsuetudine fiat homo robustus solidus et tranquillus in exercitio spūali. Sicut etiam siquis vellet ligamentum distortū ad rectitudinē ducere oporteret q retorqueret ipsum ex parte opposita curuando. Et sic reduci posset ad rectitudinem. ¶ Notādum etiam q dicit cācellarius in quodā tractatu q aliqui doctores tenent quibus assentit. aliquā non tam meritoriū esse credere sicut velle credere nec dolere sensualiter de peccatis. sicut velle dolere et non posse. probatur hoc per ps. dicentem. Desideriū pauperum exaudiuit do-
Ps. 9. minus: propterea cor eorum audiuit auris tua. Et ita iudicat nos deus secundum superioris arbitrium volūtatem et iudicium. et nō secundum ea que nobis inuitis et cōtranitentibus portio sensualitatis inferior adhesit et perducit qualia sunt volubilitas imaginationum et fantasiarum. Solet aūt impedire proportionem scrupulorum sentētia aliquarum auctoritatū non bene intellectarū. et ideo declarāde sunt vt illa que habetur extra de spon. l. in dubijs tutior via est eligēda. propter qd scrupulosus eligit viam rigidiorē. Sed ad hoc rndetur q eligere viam tutiorem consilij est nō precepti. Alias oporteret multos ingredi religionē. in qua tutius viuitur quam in seculo. Nō ergo de necessitate oportet tutiorem eligere qn etiam alia via pōt eligi tuta. sicut enim diuerse vie tendūt ad vnam ciuitatē. licet vna tutior alia sit. Sic ad ciuitatē celestem alius sic alius sic vadit et tute. licet aliquis tutiori modo. Item qr di Eccl. iij. Qui amat periculum peribit in illo. Hinc est qd b. Tho. et alii dicūt q ille qui agit id de quo est dubium. Utrū sit mortale vel nō. peccat mortaliter. qr periculo se exponit mortali. Cum ergo in aliqua materia morali sunt varie et contrarie opiniones. Ille qui adhereret opinioni latioris vie: videtur se exponere periculo mortalis. qr in dubio cum possit illa opinio esse falsa et contraria vera. Sed ad hoc rndetur q vtique ille qui agit scienter id de quo dubitat esse mortale permanente dubitatione mortaliter peccat: etiā si illud in se nō est mortale. sumendo proprie et stricte dubitationem. vt cum rationes sunt eque pōderantes ad vtranque partem. nec magis declinat quis ad vnam quam ad aliam. Sed dubitet leuiter quis per modum scrupuli sicut dubitat seu formidat homo opinionem de aliquo. quia ita inheret ipsi parti. q tamen formidat de opposito. Sic agendo contra tale dubiū non peccat. dum adheret opinioni alicuius doctoris et habet rōnes probabiles pro ipsa magis quam pro opposita opinione. etiā si ipsa opi. quā tenet non esset vera. et hoc nisi ipsa opi. sumpta esset contra manifestū testimonium scripture vel determinationē ecclesie. Talis enim nō operatur in dubio mortalis. sed secundum opi. probabilem qd magis declarabitur in septima regula. Quod etiam Gre. dicit. Bonarum mentiū ē ibi culpas agnoscere: vbi culpa nō est. di. v. Ad hoc dicit glosa agnoscere. i. timere et nō per assensum firmū determinare. Hoc enim stultū esset et periculosum secundum cancellariū. ¶ Septima regula ē pro scrupulorum depositione preceptorum discreta epicaizatio idest interpretatio vel declaratio. Equitas enim quā phus nominat epykeiam preponderat iuris rigori secundum iurisperitos. Est aūt equitas iusticia pensatis oībus circūstantijs particularibus. dulcore misericordie tēperata. Et ait sapiens. Noli eē nimis iustus qui perit in iusti- Eccles.
cia sua. pertinet aūt ad virtutē epykeie considerare nō nudā de se preceptum. sed circumstantias oēs. particulariter ipsum vestiētes. Unde phs. v. ethi. dicit. q epykeia interpretatiua legū est melior quam iusticia legalis. Et secundum hanc virtutē epykeie possumus precepta dei et eccle prelatorum seu indictū benigne interpretari. Et in foro quidem cōtentioso eius est interpretari: cuius est cōdere vel sententiare. Sed in foro conscientie circa precepta et humana et diuina. dico q pertinet ad quemlibet pro facto suo. Si tamen rōnabiliter interpretetur. Et secundum Joā. de tamb. Septuplex doctrina per virtutē epykeie scrupulose conscie pacificari pōt. Quarum prima est inter duram et benignam circa precepta sniam: q benigna est potius ceteris paribus interpretatio faciēda. quod etiam asserit Gull. Huius rō est quia precepta dei et eccle non sunt ad tollendā oēm spūalem dulcedinē. qualis certe tollitur qn nimis scrupulose et timide precepta interpretantur. Secūda doctrina secundum virtutem epykeie est q nec deus nec

ecclesia per sua precepta intēdit obligare ad vir possibile alicui. Cum eni sm regulam iuris nemo pulsit ad impossibile obligari. extra de reg. iur. li. vi. Non solum di impossibile qd ab solute nō est possibile. Sed etiā videtur interpretandū sm virtutem epykeie in lege noua esse impossibile qd vix est possibile. vtputa nimiam habens difficultatē. aliās quō saluaret illud Onus meū leue. Math. xi. c. ¶ Tertia doctrina est q nec deus nec ecclesia intendit suis preceptis aliquē obligare ad hoc q sit fatuus idest talia precepta loco z tpe non obligāt quibus eorū obseruantia fieret ridiculosiū s. stem apud discretos z bonos viros. patet igit a simili de votis et diuino precepto deo reddēdis que tā si stulta sint sm doc. nullus obligatur implere. ad qd facit glo. Inno. super. c. non uerit. de sen. excō. ¶ Quarta doctrina est q in dubiis bonorū vita aliis debet esse viuēdi regula. z tanto magis quāto meliores sunt. Unde Hiero. Inter bonos semper sectare meliores: ppter qd z christus discipulos suos vocat sal terre. qz vz et moribus ipsorū populi sunt condiendi. Et ratio huius regule est. qz tales sm virtutem epykeie presumi debēt habere rectū iudicium: qz hnt rectum affectum. sicut sanus bene iudicat de saporibus: qz nō habet iustuz infectum. ¶ Quinta doctrina est. qz in his que solum sunt mala: qz phibita vt cōmuniter positiua precepta multum excusant: vel in toto vel in tanto quāto si sint prescripta. immo aliquādo tollit legem scriptā positiuā. di. iiij. statuimus. z. §. seq. Sicut enim epykeia est interpretatiua legū. sic z consuetudo est optima legum interpres. extra de cōsue. cum dilectus. ¶ Sexta doctrina est quam tradit Petrus de palu. in. iiij. sen. q homo vbi non peccat mortaliter nunq incurrit sniam excōmunicationis iuris. Cum enim per excōmunicationē ab hoie nullus debeat eijci ab ecclesia nisi pro mortali vero nō presumptio sm be. Tho. in. iiij. qz maxima pena est. sic etiam cum snia iudicis non sit iniusta. pōt homo formare sibi cōsciētiam. q vbi non peccat mortaliter nō incurrit sniam iuris. ¶ Septima est in quocūq casu pretermittēs facere hoc quod lex imponit. posset excusari a peccato. puta qz hoc facit sine cōtēptu per virtutem epykeie ratione alicuius periculi considerati. qua pōt fieri quādoq contra verba legis. ¶ Reuertendo ad quartam omissam dico q ipsa est opinionis alicuius tuta electio. sunt enim aliq de aliquibus materijs moralibus doct. opinionū contrariarum. z tūc scrupulosi dubitāt quam partē possint cum bona cōscientia eligere. ¶ Pro cuius enodatione difficultatis notādum: q cum bona cōsciētia pōt quis tenere

Mat. v. (margin, beside "Hiero. Inter bonos…")

vnam partē alicuius opinionis z sm eam operari. cōcluso saltem scandalo: que. s. pars habeat pro se notabiles doc dūmodo talis opinio non sit contra auctoritatem expressam sacre scripture. nec contra determinationē ecclesie catholice: z qd etiam ex cōtrarietate talium opinionum non inducatur ad dubitādum: sed bonam sibi consciētiam z credulitatem formet de eo qd credit tanq de probabiliori parte. et precipue quādo quis adhibet diligētiam inquirendo an liceat nec inuenit aliquid quod eum sufficiēter moneat ad hoc qd sit illicitum. Quod sint cōtrarie opiniones inter doctores sanctitate z sciētia maximos in materia mortali. aliquādo etiam ad salutem necessaria patet per exēpla. Nam bea. Tho. in. iiij. tenet q post lapsum in mortale non oportet aliquē statim confiteri sub precepto habita copia cōfessoris: nisi in paucissimis casibus qui ibi ponunt di. xvij. Et cum eo tenet Ricardus. sed Hugo de sancto Victore. z beatus Bonauētura sunt in hoc contrarie opinionis. Sāctitas aūt et magnitudo sciencie ipsorum. nota est toti ecclesie. Neutra autē illorū reprobat. Et si beati Tho. opinio cōmunis teneat. que tā minus tuta videt Raymū. decretista. z scds in sūma tenet q participare cum excoicatis maiori in loquela: cibo z hmōi. in casu nō concesso sit mortale vir. Sed. b. Tho. in. iiij. z Jo. an. z Archi. tenent cōtrarium. Et illud cōtrarium colter tenet. Et sic exēpla innumera possent poni. Qd aūt dicit bea. Tho. in quolibeto. iij. q. iiij. ar. q. qn duo sunt opiniones cōtrarie de eodē opz alterā esse veram z alterā falsam. Si ergo ille qui facit cōtra opinionē magistrorū. vtputa in hndo plures pbēdas. faciēs contra veram opinionem: nō excusat a peccato cum faciat contra legem dei: q̄uis non faciat contra cōsciētiam. Hec enim verba beati Tho. nō pnt intelligi: nisi de his vbi manifeste pz ex scriptura vel ecclesie determinatione q sit contra legē dei: z non de illis intelligit vbi nō apparet. Alias sibi cōtradiceret eodem libro q nō esset credēdum. Itē Ulricus in sūma dicit. q siqs de aliquo agendo dubio magis peritos consulat. de quo nullā habet expressam auctoritatē. vtrum ita sit vel nō dūmō formet sibi bonā cōsciētiam. etiā si res aliter se habeat q id quod sentit. z qd sibi cōsultum fuerit excusat: qz fecit qd potuit: z deus plus nō requirit. Item ex respōsis que vident data ab Alberto magno habetur q frater simplex vel quilibet homo cum salute potest sequi in consilijs quamcūq opinionem voluerit dummodo alicuius doctoris magni opinionem sequatur. Hostiē. etiam dicit extra de cog. spi. super. ca. si vir. vbi sunt diuerse opiniones z diuersa iudi-

cia semper humanior pferenda et equior. et ad idem facit quod ait Aug. di. iz. Sana. Guil. etiam in glo. Ray. dicit q in apicib' iuris vbi dubitant et sapientes excusabilis est ignoran tia. Tamen si aliquis bona fide partē illā vel illā elegerit non oz super hoc hre conscientiā nimis scrupulosam. Itē pe. de palude super iiij. di. xvij. dicit q si confessor dubitaret verū illud de quo cōfitens nō penitet nec cōfitetur eēt mortale. et ipse confitens dicit q consilium peritorū illud fecit. de qbus ex vita et conscien tia pbabile est q nō consulerent nisi bene: illi iudicio se pōt cōformare. Secus aūt esset si es set cert' de opposito. Idē videt sentire Goff. de fontibus: in his. s. opinionibus contrarijs que tolerant ab ecclesia: vt dictū est. Et q de bet pponere confitenti q bene studeat de hoc seipsum per prudentes informari eo q alij te nent contrariā opinionē. maxime si illius con trarie opinionis confessor sit inordinarius ei' et sic eū absolueret. Idem sentit Rich. claro mō. Non distinguendo vtrum confessor ei' sit ordinarius vl nō ordinarius. Idē pōt haberi ex decretali extra de sen. excō. Inquisitiōi. tā in tex. q in glo. vbi declarat qn mulier vxora ta incipit per nouam informationē dubitare: an attineat viro gradu prohibito. quomodo se debeat habere in tali dubio circa exactionem vel redditionem debiti coniugalis. probatur et hoc idem tali ratione fm cancellarium. nō plus nocet homini errare in articulo fidei que nō est declaratus adhuc ab ecclesia. q sit arti culus de necessitate credendus q necesse pos set actus moralis contra aliquid agibile per petratus. qz actus nō dicitur cert' et scriptu ra aut determinatōe ecclesie q sit illicit'. Pa tet hoc ex eo q fides et tā necessaria sicut vir tutes morales: et si nō amplius. Sed constat communiter apud theologos: q in materia fi dei dum doctores sentiunt contraria: licitum est ante determinationē ecclesie tenere vnam partem vel alteram sine periculo peccati vel fi dei. vt patet in abbate Joachim qui tenebat contrarium ad id quod magister sen. dixerat in. i. di. v. li. pro quo magister sententiarum ec clesia postmodū determinauit extra de sum: tri. c. Damnamus. Nec tn dictus Joachim incidit in heresim aut perfidiam propter hoc quia dicta sua omnia subiecit correctioni ec clesie. ergo a simili licet vnam opinionē in mo ralibus tenere. iuxta limitata supius vbi talē magis sapientes non sentiunt contrarium: et vbi paratus est obedire ecclesie et scripture si ei errorem explanauerunt. Solet autem mone re scrupulosos et detinere illud dictum Augu stini. Tene certum et dimitte incertuz. de pe. di. vij. c. Si quis. ¶ Sed vbi in eadem mate ria morali sunt contrarie opiniones doctorū. illa videt tutior que est rigidior. et sic poti' am plectenda ad quod instigantur scrupulosi. Sz ad hoc respondet q Aug. loquit in dicto capi tulo proprie de eo q differt penitentiā vsq ad extremū vite cuius saluatio dubia est et incerta nō qz vera penitentia nō possit eē in extremis et deus indulgeat: vt patet in latrone cū chri sto crucifixo. Sed qz incertū est et dubiū verū talis vere peniteat: qz videt moueri principa liter timore gehēne magis q respectu diuine offense et diuine glorie qd requirit ad verā pe nitentiā fm Aug. de pe. di. vij. Nullus. Sed extendat illa auctoritas Aug. ad alias mate rias morales. ¶ Notandum fm cancellariuz q certitudo que requirit in mā morali non est certitudo euidentie: sed pbabilis coniecture. et pro huius declaratione sciendum q triplex est certitudo. Una supernaturalis. alia natura lis. tertia ciuilis seu moralis. Et certitudo su pernaturalis ita se hz q nō stat aliquē certa scī re et falli. et ipsa est triplex. Prima euidētie in tuitiua qualis est beatoꝝ superne patrie. Alia est euidentie reuelate vt in prophetaꝝ illustra tione. Tertia est solius adherentie in speculo et enigmate. qualis est certitudo fidei que non innitit euidentie rōnis humane. Sed aucto ritati diuine que continetur in sacra scriptura Est autem quelibet triū certitudinū supnatu raliū tāta q p nullā potētiā etiā diuinā et ab solutā fallax eē poterit: alioqn deus negaret seipsuz. ¶ Certitudo vero naturalis ita se hz q nō stat p nām aliquā taliter assentire et falli q pbl nobis posuerunt possibilē in pncipijs p se notis: cognitis. s. ex sola apprehensione termi noꝝ: vt quodlibet est vel nō est. Posuerunt ēt in conclusionibus demonstratiuis et in ɔsequē tia euidēti deductis p talia principia quēad modū dixerūt sciam matematicā eē sciam cer tissimā. ¶ Tertia certitudo. s. moralis seu ciui lis: tāgit vna cū pcedēti i pncipio ethicoꝝ. vbi di q disciplina ē i vnaquaq re certitudinē q rere iuxta exigētiā māe. Eque. n. viciosum est pluadētē qrere mathematicū et moralē demō stratē. Nō. n. ɔsurgit certitudo moral' ex euidē tia demōstratōis. sz ex pbabilib' ɔiecturis gros sis et figuralib' magis ad vnā ptē q ad aliam se hntib'. vñ aūt pbabile qd plib' et maxie sapiēti bus appet vez: ex his igit seqt q i hūanis agi bilib' q tātā hnt varietatē teste Arist. et experi entia sufficit talis certitudo q nō sp scrupulos oēs abijciat: sz sufficit vt ɔtenat seu supat eos. Ad qd ēt optime fac' illud Leōis pa. dicētis. In his q dubia fuerit aut obscura. id noueri mus sequēdū: qd nec pceptis euāgelicis ɔtrariū nec decretis

Tri/plex est certitu/do.

nec decretis sanctoꝝ patrum inueniat aduersum. di. xliij. c. sicut quedam. Ista aūt certitudo moralis colligit ex vno trium modorū vz. Ex alterius auctoritate qđ ptinet ad incipiētes. qui. s. erudiunt per alios in doctrinis: ⁊ addiscūt ⁊ obediunt. Iuxta illu d Deut. xxxij. Interroga patrē tuū ⁊ annūciabit tc. Scđs modus est ex ppria eruditione qđ cōgruit pficientibus studēdo in scripturis. Iuxta illud puer. j. Stude sapiētie. Tertius modus ex circūspectione circūstantiaꝝ: ⁊ hoc quo ad perfectos.

¶ De actu intellectus. Capitulū. xi.



De actu intellectus ⁊ primo qūo cognoscit anima in corpore. Et q̄tum ad hoc ꝯsideratio erit tripartita. Primo de cognitione coꝝ que sunt infra se. Scđo de cognitione eoꝝ que sunt in ipsa aīa ⁊ de se. Tertio de cognitiōe eorū que sunt supra ipaꝫ.

¶ Anima cognoscit corpora per intellectum. §. j.

Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. in prima parte. q. lxxxiiij. art. j. q̄ primi philosophi qui de naturis reruꝫ inq̄sierunt putauerunt nil esse in mundo nisi corpus. Et qꝛ videbant oīa corpora esse mobilia ⁊ putabant esse in ꝯtinuo fluxu. extimabant q̄ nulla certitudo de reꝝ varietate haberi possit a nobis. Quod enim est in ꝯtinuo fluxu per certitudinem apphēdi non pōt. qꝛ prius labit q̄ a mēte diiudicet. Sicut Eraclius dixit. q̄ nō erat possibile aquam fluuij currentis bis tāgere. vt recitat phs in. iiij. Metha. His aūt superueniens plato vt posset saluare certam cognitionem a nobis veritatis per intellectū posse haberi. posuit preter ista corporalia quasdam ideas subsistētes separatas a materia ⁊ a motu quas noīauit species vel ideas per quarū participationē vnūquodq̧ singulariū ⁊ sensibiliū istoꝝ dicit homo vel equus vel aliquid hmōi. Sic ergo dicebat scientias ⁊ diffinitiones. ⁊ quicq̄d ad actū intellectus ptinet. nō ad ista materialia ⁊ sensibilia referri. sed ad illa imaterialia ⁊ separata. vt sic aīa non intelligat ista corporalia. sed intelligat hoꝝ corporaliuꝫ species separatas. Qđ apparet esse falsum. qꝛ cuꝫ ille spēs separate sint imateriales ⁊ imobiles ſm ipsum excluderet a sciētijs cognitio ⁊ motus materie. qđ est ppriuꝫ sciētie nālis ⁊ demōstratio per cās mouētes ⁊ materiales. ¶ Dicēdum igit q̄ aīa per intellectū cognoscit corpora cognitione itellectuali. imateriali. vniuersali. ⁊ necessariā. Sicut enim forma sensibilis alio modo est in re que est extra aīaꝫ. ⁊ allo mōdo in sensu qui suscipit formas sensibiliū absq̧ materia. sicut colorē auri absq̧ auro. Sic intellectus species corpoꝝ que sunt materiales ⁊ mobiles recipit imaterialiter ⁊ immobiliter ſm modū suū. Nam receptū est in recipiente per modū recipientis. ¶ Qđ aūt Augu. dicit in li. soliloquioꝝ. corpora intellectu cōprehendi nō posse. intelligendū est q̄tum ad ea quibus mediātibus intellectus itelligit. nō quātuꝫ ad ea que cognoscit. Cognoscit. n. intellectus corpora. sed nō per corpora nec per similitudines corporales ⁊ materiales. sed per species imateriales ⁊ itelligibiles que per sui eēntiam esse possunt in aīa. Et vt dicit etiā Aug. viij. de ciui. dei. Non est dicēdum q̄ sicut sensus cognoscit sola corporalia. ita itellectus cognoscit sola spūalia. qꝛ sequeret q̄ deus ⁊ angeli corpora nō cognoscerēt. Huius diuersitatis ratio est. qꝛ inferior virtus nō se extēdit ad ea que sunt virtutis supioris. sed bň supior virtus ad ea que sunt inferioris virtutis excellentiori modo operat. Quāuis etiā trāsmutet forma ſnalis reruꝫ inferioꝝ. remanet tñ materia imobilis rerū. Rerum etiā mutabiliū sunt habitudines imobiles. Sicut sortes. ⁊ si nō semper sedeat. tñ imobiliter verum est q̄ qñ sedet in vno loco manet. ⁊ ppter hoc nihil prohibet de rebus mobilibus imobilē scientiā habere.

Nālia qūo cognoscūtur.

¶ Anima humana non cognoscit per essentia suā corpora. sed per itellectū suum mediātibus speciebus intelligibilibus. §. ij.

Antiqui aūt phi posuerunt aīam ipam per essentiā suā cognoscere oīa. Et qꝛ ꝯsiderabant res inferiores cognitas esse corporeas ⁊ materiales. Posuerūt etiā oportere res cognitas esse in anima cognoscēte materialiter. Et ideo vt aīe attribuerēt oīum cognitionem posuerūt eam habere nām cōem cum oībus. Et qꝛ natura principiatoꝝ ex principijs cōstituit attribuerūt anime naturam principij. Unde qui dixit principium omniuꝫ esse ignem dixit animam esse de natura ignis. Qui dixit esse aerem principiū omniū dixit animā esse aere. Empedocles qui posuit quatuor elementa pncipium omniuꝫ dixit animam ex his constitutam. Sed hec est falsa opinio ⁊ eam reprobat Aristo. in primo de anima. Quod autem ipse in tertio de anima. dicit animaꝫ quodāmodo esse omnia nō ex hoc vult dicere q̄ actu sit cōposita anima ex omnib⁹. Sed inquantū est in potentia ad omnia. per sensum ad sensibilia. ⁊ per intellectum ad intelligibilia. Solus ergo deus est qui per essentiam suaꝫ intelligit oīa. quia essentia eius immaterialiter in se oīa habet prout effectus virtute preexistūt in sua cā. Non autem anima humana vel angelus per essentiam suaꝫ cognoscit omnia. Intellectus

Aīa itelligit p intellectum ⁊ nō per suā eēntiam.

tm cognoscit perfectius q̃ sensus. q2 sensus accipit formaʒ rei cognite sine materia: sed cum materialibus 9ditionibus. Intellectus autẽ abstrahit in cognoscẽdo nõ solũ a materia. sed etiã a 9ditionibus indiuiduãtibus mãlibus.

Aia nõ hʒ spẽs nãliter idictas sʒ acq̃sitas.

¶ Anima humana non .§.iij. intelligit per spẽs nãliter indictas. q2 eas non habet. Unde phs in .iij. de aia dicit. q̃ intellectus est sicut tabula rasa in qua nihil est scriptũ. ¶ Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. vbi. s. q̃ nos videmus q̃ homo qñq3 est cognoscẽs in potentia tm̃. tam ẽm sensuʒ q̃ ẽm intellectum. Et de tali potẽtia ad actuʒ reducit̃ vt sentiat per actiones sensibiliũ in sensu. vt intelligat per disciplinã aut inuẽtioneʒ. Unde opʒ dicere q̃ aia cognoscitiua sit in potentia tam ad sĩilitudines que sunt principia sentiendi q̃ sĩilitudines que sunt principia intelligendi. Et propter hoc Aristo. posuit q̃ intellectus quo aia intelligit non habet aliquas species naturaliter indictas. sed est in principio in potẽtia ad oẽs species huiusmodi. Sed quia id qd̃ habet actu formam interdũ nõ põt agere ẽm formam ꝑpter aliquod impedimẽtum. sicut leue non põt ferri sursum si impediatur ꝑpter hoc Plato posuit q̃ intellectus noster naturaliter est plenus oĩbus speciebus intelligibilib9. sed per vnionẽ corporis impedit̃ ne possit in actuʒ exire. sed hoc nõ videtur 9uenientẽr dictum. q2 si habet aia naturalem cognitionẽ oĩum nõ videtur esse possibile. q̃ huiusmodi noticia naturalis habeat tãtam obliuionẽ. q̃ nesciat se huiusmodi sciẽtiam habere. Nullus enim obliuiscitur ea que nãliter cognoscit. Sicut q̃ omne totũ est maius sua parte. ⁊ ꝑcipue est huiusmodi incõueniẽs. si ponat̃ naturale esse aiam vniri corpori. Apparet etiam incõueniẽs istud ex huiusmodi. q2 deficiente vno sensu deficit scientia in hoĩe eoꝝ que apphendunt̃ per illuʒ sensum. Sicut cecus natus nullaʒ habere potest noticiã de coloribus. qd̃ nõ esset si naturaliter oĩum rerum intelligibiliuʒ rõnes aia haberet. Intellectus aũt angelicus a principio sue creationis fuit repletus hmõi speciebus intelligibilibus quibus intelligit ꝑfecte. Unde in libro de causis dicit̃. Oĩs intelligentia est plena formis. s. angeli non autem hominis.

Nõ hʒ anime spẽs intelligibiles.

¶ In anima non effluũt .§.iiij. species intelligibiliũ ab aliq̃b9 formis separatis. vt dixerũt qdaʒ. s. Plato ⁊ Auicẽna. Sed alio ⁊ alio modo. Nam vt ponit. b. Tho. in. j. parte. q. lxxxiiij. art. iiij. Plato dixit formas rerum sensibiliuʒ per se sine materia subsistẽtes. sicut formam hoĩs quã noĩabat per se hoĩem. ⁊ formã equi seu ideam quã per se nominabat equum. ⁊ sic de alijs. Has igit̃ formas separatas dicebat pticipari ab aĩa nostra ad cognoscẽdum ⁊ a materia corporali ad essenduʒ. Et ita itellectus noster per hoc q̃ participat ideã lapidis intelligit lapidem. Participatio autẽ idee est per aliquam sĩilitudinem ipsius idee in participãte ipsam per modum quo ad exẽplato participatur exẽplar. Et sic ponebat spẽs intelligibiles intellectus nostri esse similitudines quasdã idearum ab eis effluẽtes. Sed Aristo. ꝓbat esse 9tra rõnem rerum sensibiliũ q̃ earũ forme subsistãt absq3 materia. ¶ Auicẽna aũt remota hac positione Platonis posuit omniũ rerum sensibiliũ species intelligibiles. nõ quidem per se subsistere absq3 materia. sed preexistere imaterialiter in intellectibus separatis. a quoꝝ deriuant̃ huiusmodi species in sequẽtẽ. ⁊ sic de alijs vsq3 ad vltimum intellectum agẽtem a quo vt ipse dicit effluunt species intelligibiles in aĩas nostras ⁊ forme sensibiles in mãm corporalem. Sed scdm̃ hanc positioneʒ sufficiens ratio non posset assignari: quare aĩa nostra corpori vniretur. Non enim põt dici q̃ vnitur aĩa propter corpus. quia nec forma est ꝑpter materiam. nec motor propter mobile. sed potius econuerso. Maxime aũt est corpus necessariũ anime intellectiue ad operationeʒ eius ꝑpriam: que est intelligere. q2 ẽm esse suũ a corpore nõ dependet. si autem species intelligibilis esset apta nata recipe naturaliter per influẽtiam aliquoꝝ separatoꝝ principioꝝ tantum ⁊ nõ accipet eas a sensibus. nõ indigeret corpore ad intelligendũ. Unde frustra corpori vniretur. Si aũt dicatur q̃ aĩa indiget sensibus. ad intelligẽdum qbus quodãmodo excitetur ad 9siderãdum ea quoꝝ species intelligibiles accipit a substantijs separatis. hoc nõ videt̃ sufficere. q2 huiusmodi exercitatio nõ videtur necessaria. nisi ad excitãdam aiaʒ quasi 9sopitam ⁊ obliuiosam ẽm platonicos. Et sic sensus nõ ꝓficerent aĩe intellectiue. nisi ad tollẽdum impedimentũ qd̃ 9uenit aĩe ex corporis vnione. remanet ergo querẽduʒ que sit cã vnionis anime ad corpus. patet etiam falsitas huius ex hoc. q̃ qui deficit vno sensu. caret scientia sensibiliũ illius sensus. qd̃ non esset si ex intellectibus separatis effluerent solũ species intelligibiles in aĩam. Et q2 omne qd̃ per participationem est tale reducitur in aliquod ꝓncipium qd̃ per essentiam est tale. vt ignita reducantur sicut in causam in ignem. Ideo species intelligibiles quas participat intellectus noster reducuntur sicut in causam primam in aliquod principiũ. quod per essentiã est intellectuale. s. deum. ⁊ ab illo principio procedũt mediantibus formis sensibiliũ rerum ⁊ mãliũ

s' qbus scietiā colligimus, vt dicit Dionysius.

¶ Anima intellectiua co- .§.v.

Quid e cognosci i ora tionibus eternis.

gnoscit res materiales in rationibus eternis. ¶ Pro cuius declaratione dicit be. Tho. vbi supra. art. v. q̄ philosophi siqua dixerunt vera et fidei nostre accōmodata, tanq̄ ab iniustis possessoribus in vsum nostrum vēdicata sunt. Simulata vo et superstitiosa eorum cultari debent. Augu. ergo qui imbutus fuit doctrinis platonicorū, siqua inuenit fidei accōmodata in eorum dictis assumpsit. fidei autem nostre aduersa in melius cōmutauit. Quia igit Plato posuit formas rerum per se subsistere a materias separatas quas ideas vocabat per quarum participationem dicebat intellectū nostrum intelligere. hoc autem alienum est a fide nostra. Ideo August. in lib. lxxxiij. questionum loco harum idearum quas Plato ponebat posuit rationes omniū creaturarum esse in mente diuina scdm quas omnia formant. Et sm quas etiā anima nostra omnia cognoscit. ¶ Sed sciendum q̄ aliquid in aliquo cognosci dicitur dupliciter. Uno modo sicut in obiecto vel subiecto cognito. sicut aliquis videt in speculo omnia que in speculo representantur. Et hoc modo anima nostra in statu vite presentis non videt omnia in rationib' eternis. Sed in eis omnia cognoscunt beati qui deum vident et omnia in eo. Alio modo dicitur cogn sci aliquid in aliquo sicut in cognitionis principio. Sicut si dicamus q̄ in sole videntur omnia que videntur per solem. et sic necesse est dicere q̄ anima nostra in rationibus eternis omnia cognoscit per participationem earum. Ipsum enim lumen intellectuale. qd est in nobis non est aliud nisi quedam participata similitudo luminis increati in quo continentur rationes eterne. Unde in psal. dicitur, Multi dicunt quis ostendit nobis bona.

Aliqd dicit in alio cognosci dupr.

Ps.4.

Cui questioni respondens psalmista ait. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. quasi diceret. per sigillationem ipam diuini luminis omnia nobis demōstrantur. quia tamen preter lumē intellectuale in nobis exiguntur species intelligibiles accepte a rebus sensibilibus. vt de eis scientiam habeamus. Ideo non p solaꝫ participationē rationū eternarum de rebus materialibus noticiam habemus. sicut platonici posuerunt. q̄ per solā participationem idearum scientiaꝫ haberemus.

¶ Intellectiua cognitio .§.vj.

accipitur a rebus sensibilibus. nō tn totaliter et pfecte. sed quedaꝫ est media cause cognitionis. sm illud phi in .j. meth. Ois nostra cognitio ortum habet a sensu. ¶ Pro cuius declaratione dicit be. Tho. vbi. s. arti. vi. q̄ circa hec fuit triplex opinio phoꝝ. Democritus dixit q̄ nulla alia est cā nostre cognitionis nisi cuꝫ ab his corporibus que cogitamus veniunt atq3 subintrāt imaginationes in aias nras. Et sic posuit iste cognitionem nram fieri per idola et defluxiones. Ut Arist. dicit de eo in libro de somno et vig. Et hmōi positionis ratio fuit. qr ipsi et antiq ponebāt intellectum differre a sensu. Plato vo posuit intellectū esse virtuteꝫ imaterialem organo corporeo nō vtētem. et intellectualem cognitioēꝫ a sensibili non pcedere. sed per participationem ideaꝝ. vt dictum est supra. nec etiam sensibilē cognitionem a sensibilibus pcedere. sed q̄ solum sensibilia excitāt aiam ad sentiēdum. sicut etiam ad intelligendum. Arist. aūt media via pcessit. posuit qdeꝫ cum Platone differre itellectū a sensu. Et cū democrito q̄ opationes sensitiue partis causent per impssionem sensibiliū in sensu. sed nō tn per modum defluxionis. vt Democritus posuit. sed per quādam opationem. Intellectū vo posuit habere opationem absq3 coicatione corporis. nihil aūt corporeum imprimere pōt in rem incorpoream. Et ideo ad causandum intellectualē opationem. nō sufficit impressio sensibilium corpoꝝ. sed reqritur aliqd nobilius. eo q̄ agens est nobilius patiēte. Id auteꝫ supius et nobilius est sm Aristo. intellectus agēs de quo supra. Hic facit fantasmata accepta a sensibus intelligibilia in actu per modum abstractionis cuiusdaꝫ. Scdm hoc ergo intellectualis cognitio a sensibilibus cātur ex parte fantasmatū. sed quia fantasmata nō sufficiunt immutare intellectum possibileꝫ oportet q̄ fiant intelligibilia in actu per intellectum agentem. Et ideo non potest dici q̄ cognitio sensibilis totalis et perfecta causa sit cognitionis intellectualis.

¶ Intellectus huma- .§.vij.

nus non pōt actu intelligere per species intelligibiles quas penes se habet nisi puertendo se ad fantasmata in vita presenti. Unde phūs in lib. de anima dicit. q̄ nihil itelligit anima sine fantasmate. Et contrarium dicit beatus Tho. vbi supra. arti. vij. esse impossibile qd sm ipsuꝫ apparet duobus indicijs. ¶ Pmo quidē q̄a cum intellectus sit quedam vis non vtens organo corporali nullo modo impediret a suo actu per lesionem alicuius organi corporalis si non regreret ad actum eius actus alicuius potētie vtētis organo corporali. vt sensus. imaginatio et alie vires pertinentes ad partē sensitiuam. Unde manifestū est q̄ ad hoc q̄ itellectus actu intelligat. nō solū accipiēdo sciētiaꝫ

Ad intellectiones requirit puersio intellectus ad fantasmata.

de novo. sed etiam utendo scientia iam acquisita requiritur actus imaginationis ⁊ ceterarum virtutum. Videmus eni q impedito actu virtutis memoratiue. vt accidit in litargicis. per lesionem organi corporalis impeditur homo ab intelligendo in actu. etiam ea quorum iam scientiam habuit. ¶ Secundo quia hoc quilibet in seipso experiri potest q quando aliquis conatur aliquid intelligere format sibi aliqua fantasmata per modum exemplorum. in quibus quasi inspiciat quod itelligere studet. Et inde est q quando volumus aliquem facere intelligere aliquid. proponimus ei aliqua exempla ex quib' sibi fantasmata formare possit ad intelligendum. Huius autem ratio est. quia potentia cognoscitiua proportionatur cognoscibili. Unde intellectus angeli qui est totaliter a materia separatus. obiectum proprium est substantia intelligibilis a corpore separata ⁊ per huiusmodi intelligibile materialia cognoscit. Intellectus vero humani qui est coniunctus corpori est obiectum propriuz quiditas seu natura in corporali existẽs materia. ⁊ huiusmodi naturas visibilium rerum cognoscit. ⁊ etiam ad aliqualem noticiam inuisibilium ascendit. De ratione autem huius nature est q in aliquo indiuiduo existat quod non est absq corporali materia. Sicut de ratione eq nature est q sit in hoc equo. ⁊ sic de alijs. Unde natura lapidis vł cuiuslibz rei i materia corporali existentis. non potest complete ⁊ vere cognosci nisi ſm q cognoscitur vt in particulari existens. Particulare autem apprehendimus per sensum ⁊ imaginationem. Et ideo necesse est ad hoc q intellectus intelligat suum obiectum proprium q conuertat se ad fantasmata. vt speculetur naturam vniuersalem in particulari existentem. Nec sufficit conseruatio specierum intelligibilium in intellectu possibili ad hoc q actu intelligat. sed oportet q eis vtatur ſm q conuenit rebus quarum species sunt nature in particularibus existentes. In corporea autem quorum non sunt fantasmata cognoscuntur a nobis per comparationem ad corporalia sensibilia quorum sunt fantasmata. Deum autem vt dicit Dionysius cognoscimus vt per causam. per excessum. ⁊ per remotionem. Alias etiam substantias incorporeas in statu vite presentis cognoscere non possumus nisi per remotionem vel aliquaz cõparationem ad corporalia. Et ideo cuz de huiusmodi. aliquid intelligimus. necesse habemus conuerti ad fantasmata corporuz. sed ipsorum non sunt fantasmata.

¶ Iudicium intellectus .§. viij.

impedit per ligamentũ sensus. Unũ Augu. dicit. q in dormiendo ea que cõtra licitos mores cõtingunt nõ imputant ad peccatũ qđ nõ eẽt si hõ haberet liberũ vsum rõnis ⁊ intellect' qđ ẽt sic declarat. b. Tho. vbi supra. arti. viij. propriũ obiectũ intellectui nr̃o proportionatũ est nã rei sensibilis: perfectũ aũt iudiciũ de re dari nõ põt: nisi oĩa que ad rẽ pertinẽt cognoscant. Unũ impossibile est q sit in nobis perfectũ iudiciũ intellectus cũ ligamento sensus p quẽ reꝝ species cognoscimus. ¶ Sed sciẽduz q sensus ligat in dormientibus propter euaporationes quasdã ⁊ fumositates resolutas: vt dicit in lib. de som. ⁊ vigilia: ⁊ ideo ſm dispositionẽ hmõi euaporationũ cõtingit eẽ ligamẽtũ sensus maius ⁊ minus. Quando enim multus fuerit motus ligat nõ solũ sensus: sed etiã imaginatio vt nulla appareant fantasmata. sicut precipue accidit cũ aliquis incipit dormire post multũ cibũ ⁊ potũ. Si vero motus vaporũ fuerit aliquantulũ remissior apparẽt fantasmata sed distorta ⁊ inordinata vt accidit in febricitantibus: si vero adhuc motuſ magis sedet. apparent fantasmata sed magis ordinata sicut maxime solet accidere in dormitiõis fine. ⁊ in his qui sunt sobrij ⁊ qui habent fortẽ imaginationẽ. si aũt modicus fuerit motus nõ solũ imaginatio remanet libera. sed etiam ipse sensus cõmunis soluit ex parte ita vt homo in dormiendo interdũ iudicet somnia eẽ q videt quasi diiudicãs inter res ⁊ rerũ similitudines sed tñ ex aliqua parte remanet sensus ligatus: ⁊ ideo semper licet aliquas similitudines discernat a rebus in aliquibus tñ decipit. sic igitur per modũ quo in dormiendo soluit sensus ⁊ imaginatio. sic etiã liberat iudiciũ intellectus non tamen ex toto. Unde illi dormiẽdo sillogizant cum excitantur semper recognoscunt se in aliquo defecisse.

Iudicium intellectus impedit.

Somnus ligat sensus.

¶ De modo ⁊ ordine .§. ix.

intelligendi. Et primo q intellectus noster intelligat abstrahendo a fantasmatib' ⁊ quomodo. ¶ Pro cuius declaratione dicit Tho. in i. parte. q. lxxxv. arti. i. q itellectus medio mõ se hz inter sensum nostrũ ⁊ intellectũ angelicũ. Nõ. n. intellect' est act' alicui' organi corporalis sicut est sensus: ⁊ ideo ꝓpriũ ipsius sensus est cognoscere formã in mã corporali indiuidualiter existẽtẽ sicut colorẽ in ista vel in alia re particulari. Nec ẽt ipse intellectus noster est actus alicui materie corporali nõ coniunct'. sicut ẽ intellect' angelicus. ⁊ iõ angeli ei intellect' obiectũ est forma sine mã subsistẽs quãuis. n. ẽt mãlia cognoscat: nõ tñ ea nisi in immaterialib' intuet. s. vel in seipsis vł in deo.

Quod intellect' abstrahit speciem a fantasmate.

Sed cū intellectus noster sit virtus aīe que ē
forma corporis: iō ꝓpriū eius est cognoscere
formā in materia corporali īdiuidualiter exi
stentē, non tñ prout sunt in tali materia. Co
gnoscere aūt id qḋ ī materia indiuiduali ē,
nō ꝓut est in tali materia est abstrahere formā
a materia īdiuiduali: quā repńtant fantasma
ta. Et iō necessariū est dicere ꝙ ītellectus no
ster intelligit īmaterialia abstrahendo a fan
tasmatibus. Et per materialia cōsiderata de
uenit ēt in cognitionē aliqualē īmaterialiū: si
cut econuerso angeli materialia cognoscunt

Intellectus abstrahit duobus modis

per īmaterialia. ¶ Ad declarādū vero modū
huius abstractiōis sciendū ƀz tho. vbi. ŝ. ꝙ du
pliciter contingit intellectū abstrahere. Uno
mō per modū cōpositionis ⁊ diuisionis. sicut
cū intelligimus aliqd nō eē in alio vel eē se
paratū ab eo. Alio mō per modū simplicis ⁊
absolute cōsiderationis. sicut cū intelligimꝰ
vnū nihil cōsiderando de alio. Abstrahere er
go per intellectū ꝺm primū modū abstrahen
di ea que ꝺm rē nō sunt abstracta nō est absq̄
falsitate. Sed abstrahere ꝑ intellectū. scḋo
mō que ꝺm rē nō sunt abstracta, nō est cū fal
sitate sicut videmus in sensibus. Si. n. intelli
gimus vel dicimus colorē non eē in colorato
corpore vel eē separatū ab eo est falsitas ī opi
niōe ⁊ in locutione. Sed si consideremus co
lorē ⁊ ꝓprietatē eius nihil cōsiderādo de po
mo colorato. erit absq̄ falsitate opiniōis. Po
mū. n. nō est de rōne coloris. ⁊ nihil ꝓhibet ī
telligi colorē nihil intellecto de pomo. Simi
liter ea que ptinēt ad rōnē speciei cuiuscūq̄
rei materialis. puta lapidis aut hōis ⁊ alia hu
iusmodi pñt cōsiderari sine principijs indiui
dualibus que nō sunt de rōne speciei. Et ħ est
abstrahere vniuersale a pticulari, vel speciē
intelligibilē a fantasmatibus cōsiderare. s. na
turā speciei sine indiuidualiū cōsideratiōe pn
cipioꝝ que per fantasmata representant. Si
ergo obijciatur ꝙ intellectus est falsus intel
ligēdo rē aliter ꝙ̄ ē. Rñdet ꝙ veꝝ est si aliter
referat ad rē intellectā. Tūc. n. intellectus ē
falsus qñ intelligit rē aliter ꝙ̄ sit. Sicut si ab
straheret spēm lapidis a materia vt intellige
ret eā nō eē ī materia. Sed si aliter referat ex
parte intelligētis ē intellectus absq̄ falsitate
est enim hoc absq̄ falsitate vt sit alius modus
intelligendi ꝙ̄ modus rei in existendo: quia
intellectum est in intelligente īmaterialiter
per modum intellectus. non autem materia
liter per modum rei materialis.

A qua materia fit abstractio

¶ Fit autem hec abstractio .§.x.

a materia indiuiduali non a materia cōmu
ni. Est enim materia cōmunis ⁊ signata seu
indiuidualis. Cōis vt caro ⁊ ossa. Indiuidua
lis vt hec caro hec ossa. Intellectꝰ aūt hic ab
strahit a mā indiuiduali ad intelligēdū spēm
rei sensibilis. ꝙ nō abstrahit a mā cōi. s. cōside
rādo hoiem cum carnibus ⁊ ossibus in cōmu
ni: sed non his carnibus ⁊ ossibus. Et qꝛ fan
tasmata cum sint pticulariuꝫ nō pñt imprimere
suā virtutē ītellectui possibili. Ideo virtute in
tellectꝰ agētis resultat quedā siltudo ab intel
lectu possibili ex ꝯuersione ītellectus agentis
supra fantasmata. que qdē est repñtatiua coꝝ
quoꝝ sunt fantasmata solū ꝙ̄tuꝫ ad nām spēi.
⁊ per hūc modum di abstrahi spēs intelligibi
les a fantasmatibꝰ. Nō ꝙ eadē numero forma
que pꝰs fuit in fantasmatibꝰ postea sit in intel
lectu possibili ad modū quo vnū corpus acci
pit ab vno loco ⁊ trāsfert ad aliud. Illuminā
tur aūt fantasmata ab ītellectu agente. ⁊ iterū
ab eis per virtutē ītellectus agētis spēs intelli
gibiles abstrahunt. Abstrahit. n. intellectus
agens spēs ītelligibiles a fantasmatibꝰ inquā
tū per virtutē intellectus agētis accipe possi
mus in nr̃a ꝯsideratione nās specieꝝ sine cōdi
tionibꝰ indiuiduātibus. quarū siltudinibꝰ in
tellectꝰ possibilis format. ¶ Quāuis aūt ītelle
ctus abstrahat spēs a fantasmatibus inquātū
ꝯsiderat natura reꝝ indiuidualiū. tñ ītelligit
eas in fantasmatibus. qꝛ nō pōt ītelligere etiā
ea quoꝝ spēs abstrahit nisi ꝯuertēdo se ad fan
tasmata. ¶ Spēs a fantasmatibus abstracta
non se hꝫ ad intellectū sicut illud qḋ pmo in

Spēs intelligibilis est id quo intelligitur.

telligit. sed sicut illud quo mediāte aliqd in
telligit. Nam si ipe spēs ītelligibiles essent il
lud qḋ intelligit circa aliquā rem. qḋ qdaꝫ di
xerūt. sequeret hoc. ꝙ sciētie oēs essent de re
bus que sunt extra aīam. sed solū de spēbus in
telligibilibus que sunt in aīa. Qḋ oīno est fal
sum. Nā sunt de rebus que sunt extra aīam. ⁊
ea intelligimus de qbus sunt sciētie. Se hꝫ er
go spēs intelligibilis ad ītellectum nr̃m sicut
id quo intelligit nō sicut illud qḋ pncipaliter
intelligit. sicut siltudo rei visibilis qua infor
matur oculus cum videt se hꝫ ad visum. vt id
quo videt, nō sicut id qḋ videt. Nam id qḋ vi
det est extra oculū. s. res colorata. Sed qꝛ ītel
lectus supra seipm reflectit. ꝺm eādē reflexio
nē intelligit suū intelligē ⁊ spēm per quā intel
ligit. Et sic species intellecta est secūdario id
quod ītelligitur. Primo est res cuius species
intelligibilis est similitudo id quod intelligi
tur. Et hoc etiam patet ex antiquorum opini
one qui ponebant simile per simile cognosci.
Ponebant enim ꝙ anima per terram que est
in ipsa terra cognoscit que est extra ipsaꝫ. ⁊ sic
de alijs. Si ergo accipiamus speciē terre lo
co terre ꝺm doctrinam Aristotel. qui dicit ꝙ

lapis non est in anima. sed species lapidis se-
queretur q anima species intelligibiles intel
ligit que sunt extra ipsam. Et sic in parte sensi-
tiua reperitur duplex operatio. Una sm solaz
imutationez. et sic perficit operatio sensus. per
hoc q imutat a sensibili. Alia operatio est for
matio sm q vis imaginatiua format sibi ali-
quod idolu rei absentis. vel etiam nunq vise.
Ita accidit in intellectu. sed in eo vtraq ope
ratio ꝯiungitur. Nam pmo ꝯsideratur passio
intellectus possibilis. sm q informatur speciei
intelligibili. qua qdem informatus format si
bi secudo vel diffinitionem vel diuisionez aut
copositione que per vocem significant. Cum ergo
phs dicit primo perihermenias. q voces sunt
note earum que sunt in aia passionum. intelli-
gitur q signant ea que intellectus sibi format
ad iudicandum de rebus exterioribus. non
autem species intelligibiles.

Cognitio vliu seqt cognitiones pticulariu

¶ Cognitio singularium .§.xi.
est prior quo ad nos q cognitio vniuersaliuz.
et ratio est. qr cognitio intellectiua que est vni
uersalium aliquo modo habet pmordiu a sen
sitiua. et qr sensus est singularium intellectus
vniuersaliu. ideo quo ad nos oportet q prior sit
cognitio singulariuz q vniuersaliu. Sed sm
se et simplex cognitio vniuersalium est prior co
gnitione singulariuz. et cognitio magis comu
nis minus comuni. Ratio est. qr intellectus
noster cum pcedat de potetia in actu. et omne
qd pcedit de potetia in actu pus peruenit ad
actum incopletu qui est medius inter poten-
tiam et actu q ad actum perfectu. Actus aut
pfectus ad quem peruenit intellectus est scietia
copleta per quam res distincte et determinate
cognoscunt. Actus impfectus est scientia in-
copleta per qua res sciuntur sub quadam ꝯfu
sione. Dicit aut phus. i. phisi. q sunt nobis pri
mum manifesta et certa confusa. magis poste-
rius aut cognoscimus distinguedo magis di
stincte pncipia et elementa. prius enim occur-
rit in intellectu nostro cognoscere animal q
cognoscere hoiem. Et idem est de cognitione
sensitiua sm locum et tepus. Nam pus cogno
scit a remotis aliqd esse animal q esse homo.
et prius esse homo q sortes. sm tepus. qr puer
pus distinguit hoiem a non hoie q hunc hoiez
ab alio distinguat. b. Tho. vbi. s. art. iij.

Nuo at multa possunt simul itelligi.

¶ Intellectus noster pot .§.xij.
multa simul intelligere per modum vnius. no
autem multa per modum multor. dico autez
per modum vnius vel multor. per vnam. s. vel
plures species intelligibiles. Ratio est. qr mo
dus cuiuslibet actionis consequitur suaz for
mam que est actionis principiuz. Quecunq er
go intellectus potest intelligere sub vna specie
potest simul intelligere. et inde est q deus oia
simul videt per vnum qd est essentia sua. Que
cunq vo q intellectus per diuersas species in-
telligit non simul intelligit. Huius ratio est.
qr impossibile est idem subiectu perfici pluri-
bus formis vnius generis et diuersaru specie-
rum. Sicut impossibile est q idem corpus sm
idez colorem diuersis coloribus simul vel figu
retur diuersis figuris. Omnes autem species
intelligibiles sunt vnius generis. qr sunt perfe
ctiones vnius potetie intellectiue. lz res qua
rum sunt species sint diuersor generum. Im
possibile est ergo q idem intellectus perficia-
tur diuersis speciebus intelligibilibus ad in-
telligendum diuersa in actu.

Intellectus intelligit coponedo et diuidedo.

¶ Intelligit autem in- .§.xiij.
tellectus noster coponendo et diuidendo sm
Thoma. vbi supra. articu. v. Cum enim intel
lectus humanus exeat de potentia in actum
similitudinem quandaz habet cum rebus ge
neralibus que no statim suam perfectione ha
bent sed successiue eam acqrunt. Et similiter
intellectus humanus no statim in propria ap
prehensione capit perfectaz cognitionem rei.
Sed primo apprehedit aliqd de ipsa re. s. quid
ditatem rei. que est pprium et primuz obiectu
intellectus. deinde intelligit accidetia et pro-
prietates et habitudines circustantes rei essen
tiam. Et sm hoc necesse habet apprehensum
vnuz alij componere et diuidere. et ex vna co
positioe et diuisione ad aliam procedere quod
est ratiocinari. Intellectus autem diuinus et
angelicus se habent sicut res incorruptibiles
que statim a principio habent totam suaz per
fectionem. Unde intellectus diuinus et ange
licus statim perfecte cognitionem totam rei
habent in cognoscendo quidditate rei. cogno
scit de re quicquid nos coponendo et diuiden
do et ratiocinando possumus intelligere absq
hoc quod coponat diuidat vel ratiocinetur.

Nu intellect' pot decipi et qn non

¶ Intellectus noster circa proprium obiectu
eius. s. quidditatem rei. per se loquendo no po
test esse falsus. sed circa ea que circustant essen
tiam rei sm. b. Tho. vbi supra. arti. vi. Unde
philosophus in. iij. de anima. quantum ad hoc
assimilat intellectum sensui. Sensus eniz cir
ca proprium obiectum non decipitur. sicut vi
sus circa colorem nisi forte per accides ex im
pedimento circa organum contingete. Sicut
gustus febricitantium dulcia iudicat amara
propter hoc q lingua malis humoribus est re
pleta. Circa sensibilia vo comunia decipitur
sensus. sicut in magnitudine et figura iudican

do vt cum iudicat quis solem esse pedalē qui tamē maior est terra. Et multo magis decipitur circa sensibilia per accidens. vt cum iudicat fel esse mel ppter coloris similitudinem. et huius ratio est inccidenti. qz ad propriū obiectum vnaqueqz potentia per se ordinatur fm q ipa. que aūt sunt huiusmodi semp eodē modo se habēt. Unde manente potentia non deficit eius iudicium circa proprium obiectum. Obiectum autem intellectus propriū est quidditas rei. Unde circa quidditatem rei nō fallitur. Sed circa ea que circūstant quidditatē rei falli potest dum vnum ordinat ad aliud. Uel cōponendo vel diuidendo vel ratiocinādo. Et propter hoc circa illas propositiones intellectus errare non potest. que statim cognoscuntur cognita terminorum quidditate. sicut accidit circa prima principia. Circa cōclusiones tamen per accidens ptingit intellectum decipi. Circa vo quidditatem in rebus compositis cōtingit intellectum decipi. non ex parte organi. quia intellectus non est vtens organo corporali. sed ex parte cōpositionis interuenientis circa diffinitionē. dum scilz diffinitio vnius rei est falsa de alia: sicut diffinitio circuli de triangulo vel dum aliqua diffinitio est falsa implicans cōpositionem incōpossibilium. vt si accipiatur hoc ex diffinitio alicuius animalis irrationalis. rationale animatum. Unde in rebus simplicibus in quarum diffinitionibus cōpositio interuenire nō potest. nō potest decipi intellectus. sed deficimus in attingendo. vt dicit philosophus. ix. Methaphisi. Error autem in peccantibus cōtingit ex applicatione rationis ad particulare.

Aliqd melius vel magis itelligi. fit dupl'r.

¶ Cum queritur vtrū .§. xiiij.

vnam et eādem rem vnus alio melius intelligere possit. Respondet. b. Tho. vbi. s. art. vij. q intelligi aliquid melius vel magis ab vno q altero potest intelligi dupliciter. Uno modo q magis vel melius determinet actum intelligendi ex parte rei intellecte. et sic non potest vnus eādem rem magis intelligere q alius. qz si intelligeret illam rem aliter q sit. vel melius vel peius falleretur et non intelligeret. Alio modo pōt intelligi vt determinet actum intelligendi ex parte intellectus. Et sic vnus potest magis vel melius intelligere vnam rem q alius. quia melioris est virtutis in intelligendo. Sicut etiam melius videt aliqd vnus q alius inquantum virtus perfectior videndi est in vno q in alio. sic etiam inuenitur per experiētiam vnus alio pfundius intelligere. Sicut pfundius intelligit qui aliquam pclusionē pōt reducere in prima pncipia et causas pmas q qui potest reducere solum in causas proximas. Contingit autē hoc q. s. vnus intelligat melius altero duplici ex causa. Primo ex parte dispositionis corporis. qz quāto est corpus melius dispositū. tanto meliorem sortit animam qua mediante melius intelligit. Scdo contingit hoc ex parte inferiorum virtutum quibus intellectus indiget ad sui opationem. Illi enim in qbus virtus imaginatiua. cogitatiua. et memoratiua. sunt melius disposita. sunt melius dispositi ad intelligendum.

¶ Si queritur vtrum pri- .§. xv.

Indiuisibile dicitur tripl'r.

mus intelligat diuisibile q indiuisibile. Respōdet. b. Tho. vbi. s. art. viij. q indiuisibile aliqd dicitur tripliciter. vt dicitur iii. de ania. Uno modo sicut continuum indiuisibile. qz est indiuisum actu. licet sit diuisibile potentia. Et huiusmodi indiuisibile prius est intellectū a nobis q eius diuisio que est per partes. quia cognitio cōfusa prior est q distincta. vt dictū est. s. Secūdo modo dicitur indiuisibile fm speciem. sicut ratio hominis est quoddā indiuisibile. Et hoc modo est etiam prius indiuisibile intellectum q diuisio eius per partes rationis vt dictū est. s. Et iterum prius q intellectus cōponat et diuidat affirmando vel negando. Et huius ratio est. quia huiusmodi indiuisibile duplex intellectus fm se intelligit sicut proprium obiectum. Tertio modo indiuisibile dicitur vt punctus et vnitas que nec actu nec potentia diuiduntur. Et huiusmodi indiuisibile per posterius cognoscitur. Nam cognoscitur per priuationem diuisibilis. Unde punctum priuatiue diffinitur. Punctum est cuius pars non est. Et similiter ratio vnius est q sit indiuisibile. vt dicitur. x. Methaphisice. Et ratio huius est. quia huiusmodi diuisibile habet quandam oppositiones ad rem corporalem cuius quidditatem primo et per se intellectus accipit.

¶ Quod intellectus no- .§. xvi.

Singulare mā le directe nō intelligitur.

ster intelligit corporalia que sunt infra se prout sunt abstracta a materia. idest vniuersalia et necessaria. Indirecte autem intelligit etiam singularia cōtingentia et futura. ¶ Quantum ad primum sciēdum fm. b. Tho. vbi supra. q. lxxxvi. art. i. q singulare in rebus materialib9 primo et directe intelligere non potest. Cuius ratio est. qz principium singularitatis in rebus materialibus est materie indiuidualis. intellectus autem noster vt dictū est intelligit abstrahēdo speciem intelligibilem ab hmōi materia. Qd aūt a materia indiuiduali abstrahit est vniuersale. Unde itellectus noster directe

Indirecte intellectus intelligit singulare.

non est cognoscitiuus nisi vniuersaliū. Indi-
recte aūt ꝛ quasi per quandā reflectionē pōt
intelligere singulare. qꝛ sicut dictū est. ēt postꝙ
spēs intelligibiles abstraxerit. non pōt ſm
eas actu intelligere nisi cōuertendo se ad fan
tasmata. in quibꝰ species itelligibiles intelli-
git vt dꝛ tertio de aīa. Indirecte igiꝰ itelligit
singularia quoꝝ sunt fantasmata. Et hoc mō
format hāc ꝑpositionē. Sortes est hō. Quod
enī pōt virtus inferior vt sensus apprehēdere
singulare pōt ꝛ superior vt intellectꝰ ꝛ eminē-
tiori mō. Sꝫ ꝛ vniuersalis rō intellectꝰ practi
ci in electiōe nō mouet ad appetendū nisi me
diante particulari apprehēsione partis sensi-
tiue. ¶ Cōtingentia aūt dupliciter pñt consi

Contingētia dupliciter pñt considerari

derari. Uno mō inquantū cōtingentia. Et ſꝫ
hoc a sensu directe cognoscunꝰ. ab intellectu
aūt indirecte. Est. n. vnūquodqꝫ cōtingēs ex
parte materie qꝛ cōtingens ē qꝺ pōt esse ꝛ nō
esse. Potētia aūt pertinet ad materiā. Mate-
ria aūt est indiuidua. ōis principiū: ꝛ iō hīcvt
singularia indirecte intelligunꝰ. Alio mō pos
sunt cōsiderari ſm ꝙ in eis aliqd necessitatis
reperiꝰ. Nihil. n. est adeo cōtingens qn in se
aliquā necessitātē habeat. Sicut hoc ipsum
qꝺ est sortē currere in se quidē contingēs ē ha
bitudo aūt cursus ad motū ē necessaria. Ne-
cesse est. n. sortē moueri cū currit. Et ſm hoc
cognoscunꝰ directe ab intellectu videlicet rō
nes vniuersales ꝛ necessarie cōtingentiū. Uñ
si attendantur rōnes vniuersales scibiliū. om
nes scientie sunt de necessariis. Si attendan
tur res ipse. sic quedā scientia est de necessari
is: quedam de contingentibus.

¶ De cognitione futuro- .§. xvij.

rum eodē mō considerandū est: sicut ꝛ de co-
gnitiōe contingētiuꝫ. Nā ipsa futura sub tpe
cadūt sunt singularia. que intellectꝰ humanꝰ
nō cognoscet nisi per reflexionē vt dictuꝫ est.
Rōnes autē futuroꝝ pñt vniuersales esse in
intellectu perceptibiles: ꝛ de eis pñt esse scien
tie. ¶ Sciendū tñ ꝙ futura dupliciter cogno-

Futura dupliciter cognosci pñt

sci pñt. Uno mō in seipsis. Et sic cognosci nō
pñt nisi a deo cui futura sunt presentia. inquā
tum. s. eius intuitꝰ eternus fertur simul supra
totū tpis cursuꝫ. Alio mō cognosci pñt futu-
ra i suis causis: ꝛ sic ēt a nobis pñt cognosci. ꝛ
si ita sint in suis causis vt ex eis de necessitate
ꝑueniāt cognoscunꝰ ꝑ certitudinē scientie si
cut eclipsis ab astrologo. Si aūt ita sint i cau
sis suis vt ꝑueniāt ex eis vt in pluribus sic co
gnosci pñt ꝑ cōiecturā vel magis vel minus
certā. scōm ꝙ cā est magis vel minus inclina
ta ad effectus hmōi: ꝙ āt aliqñ aīa cognoscat
futura. hoc nō est ſm naturā aīe. ēt cū alienaꝰ
a sensibus. sed magis per impressionem causa
rum aliquarum superiorum vl̄ virtute dei mi
nisterio angelorum. sicut in prophetis. vel vir
tute demonum sicut in diuinis ꝛ maleficiis. vl̄
etiam aliquando per impressionem corporuꝫ
celestium. Ex impressione enim corporum ce
lestium immutatur aliquando fantasia. vt fi-
ant aliqua signa imaginatiua futurorum euē
tuum. ad que se extendit virtus corporum ce-
lestium. ꝛ hec magis percipiuntur a dormien
tibus ꝙ̄ a vigilantibus. Infinita autem neqꝫ
in actu neqꝫ in habitu intellectus cognoscere
potest. quia in rebus materialibus quarū qd-
ditas est obiectum proprium intellectus no-
stri. non inuenitur infinitū. vt dicitur in. i. phi
sicorum. Sed in potentia tantum. quia nunꝙ̄
potest tot cognoscere quin adhuc plura possit
ignoscere. Infinitus autem dicitur deus si-
cut forma que non est determinata per mate-
riam. ꝛ in statu vie a nobis cognosci nō potest
propter defectum intellectus nostri qui non
intelligit nisi materialia. Sꝫ in alia vita i glo
ria cognoscetur perfecte.

¶ Anima intellectiua .§. xviii.

intelligit se ꝛ ea que in ea sunt vel ab ea proce
dunt vt habitus. actus. intellectus ꝛ volunta
tis. Et quantum ad primum. Anima non co-
gnoscit seipsam per essentiam suam sed ꝑ spe-
cies intelligibiles sicut ꝛ alia. ¶ Pro cuius de

Qualiter aīa intelligit seipsam.

claratione dicit. b. Tho. in. i. parte. q. lxxxvij.
arti. i. ꝙ vnūquodqꝫ cognoscibile est ſm ꝙ est
in actu: nō ſm qꝺ ē in potētia: vt dꝛ in. ix. me-
tha. Sic. n. aliqd ē ens ꝛ veꝝ qꝺ sub cognitōe
cadit prout est in actu. ꝛ hoc manifeste appa-
ret in sensibus. Non enim visus percipit colo-
ratum in potentia. sed coloratum in actu. Es-
sentia igitur dei que est actus purus ꝛ perfe-
ctus est simpliciter ꝛ perfecte ſm seipsam intel
ligibilis. Unde deus per essentiam suam non
solum seipsum: sed etiam omnia alia intelli-
git. Angeli autem essentia est quidem in ge-
nere intellectuum vt actus non tamē vt actꝰ
purus ꝛ completus. Unde eius intelligere nō
completur per essentiam suam. Quāuis enim
angelus per essentiam suam se intelligat: non
tamen alia omnia a se per essentiam suam co
gnoscere potest. Sed per similitudines reruꝫ
intelligibilium. Intellectus humanus in ge
nere intellectuum se habet vt ens in potentia
tantum. sicut ꝛ materia se habet in genere re-
rum sensibilium. Unde ꝛ possibilis nominaꝰ.
Et quia connaturale est intellectui nostro: vt
ad materialia ꝛ sensibilia respiciat vt dictum
est supra. Consequens est vt sic seipsum intelli
gat intellectus noster ſm ꝙ fit actu per speci-

es intelligibiles a sensibilibus abstractas per lumen intellectus agentis. Nõ ergo per essentiam suam sed per actum se cognoscit intellectus noster. & hoc dupliciter. Uno modo particulariter. ſm q sortes vel Plato percipit se habere animam intellectiuã. ex hoc q percipit se intelligere. Alio modo ſm q naturam mentis ex actu intellectus consideramus. Et ad illam secundam cognitionem non sufficit presentia anime. sicut ad cognitionem primo modo. Sed requiritur diligens & subtilis inquisitio. Unde multi naturam anime ignorãt & alij multi circa naturaʒ anime errauerunt. Quod autem Aug. dicit in lib. de trini. q anima seipsam per seipsam cognoscit intelligitur q in suipsius cognitionem venit sed per actũ suum. ¶ Cognoscit intellectus habitus sed p actus ipsorum. Pro cuius declaratione dicit b. Tho. vbi supra arti. ij. q habitus est mediũ inter potentiam puram & actum purum. Dictum est autem q nihil intelligitur nisi ſm q est in actu. Sicut igitur inquantum habit⁹ deficit ab actu perfecto. deficit ab hoc vt non sit per seipsum cognoscibiliſ. sed necesse est vt per actum suum cognoscatur. Siue dũ aliqs percipit se habere habitũ per hoc q percipit se pducere actũ propriũ illius habitus. Siue dũ aliquis inquirit naturam & rationẽ habitus ex consideratione actus. ¶ Si aũt obijciendo dicatur illud quod propter vnũquodq. & illud magis. Sed res cognoscuntur ab anima p habitus. ergo multo magis habitus ab anima debent per se cognosci. ¶ Respondetur q regula ista propter quod vnũquodq &c. Habet veritatẽ si intelligatur in rebus vnius ordinis puta in vno genere cause. vt si dicatur q sanitas sit pp̃ter vitã sequitur q vita sit magis desiderabilis. Sed si accipiat ſm ea que sunt diuersoꝝ ordinũ nõ habet veritatẽ regula illa. vt si dicatur q sanitas est propter medicinam nõ ideo sequit q medicina sit magis desiderabilis q̃ sanitas: quia sanitas est in ordine finium. medicina autẽ est in ordine causarum efficientium. Sicut si accipiamus duo quorum vtrũq sit p se in ordine obiectoꝝ cognitiõis illud pp qd aliud cognoscit erit magis notum. Sic pñcipia ꝯclusiõib⁹. ʒ habit⁹ inquãtũ habitus nõ sunt de ordine obiectoꝝ. nec pp habitũ alia cognoscunt sicut p obiectũ cognitionis: ʒ sicut pp dispositionẽ vel formã qua cognoscẽs cognoscit. ¶ Cognoscit insup actum pp̃riũ intellectus. Unũquodq enim cognoscit ſm q est in actu. Ultima autẽ intellectus pfectio est eius operatio. Nõ enim est sic actio tẽdẽs in alteꝝ. que est pfectio opati sicut edificatio domus edificate. Sed manet in opante vt perfectio & actus ei⁹. Ut dĩ. ix. metha. hoc est ergo primum quod de intellectu intelligit actus eius: idest ipsum eius intelligere. Sʒ in hoc est differentia in ordine intellectuum. nã intellectus diuinus idem est in eo q intelligat se intelligere: & q intelligat suam essentiã q: suum intelligere est sua essentia. In angelo autem quãuis aliud sit ſm rationẽ q intelligat suum intelligere. & q intelligat suã essentiam. tamen simul in vno actu vtrũq intelligit: quia hoc quod est intelligere essentiam suam est propria pfectio essentie sue. simul autẽ vno actu intelligit res cũ pfectione sua intellectu vero humano nec suum intelligere: nec proprium obiectũ est essentia eius: sed aliqd extrinsecũ. s. natura generalis: & ideo id quod primo cognoscit ab intellectu humano est obiectum eius secundario cognoscit actus eius quo cognoscit obiectũ: & p quem cognoscit ipse intellectus. ¶ Cognoscit insuper intellect⁹ & actum voluntatis: actus enim voluntatis nihil aliud est q̃ inclinatio quedam consequens formã intellectiuã. sicut appetitus naturalis est inclinatio sequens formã naturalẽ. Inclinatio autẽ cuilibet rei est in ipsa re p modum eius. Unde inclinatio que est appetitus sensibilis est in sentiente. & similiter inclinatio intelligibilis que est actus voluntatis est intelligibiliter in intelligente sicut in principio & obiecto proprio. Quod autem intelligibiliter ẽ in aliquo intelligente. consequens est vt ab eo intelligatur. Unde actus voluntatis intelligit ab intellectu. & inquantum aliquis percipit se velle. & inquantum quis percipit naturam huius actus. & per consequens naturam hui⁹ pn̄cipij. q est habitus vel potentia.

Qualiter cognoscit habit⁹

Actus voluntatis q̃liter cognoscit

¶ Sunt autem effectus .§. xix.

ale q sunt actus volũtatis in intellectu. non p similitudinẽ tñ sicut corpora: nec p pñtiã vt in subiecto sicut artes: ʒ sicut pñcipiatũ in pñcipio in quo habet noticia pñcipiati. Nõ aĩa humana ʒ statũ vite pñtis nõ põt pfecte intelligere q̃ sunt. s. se. i. angelos & deũ. Uñ sapientie. ix. Que in celis sunt qs inuestigabit. Et angeli qdẽ q dicunt substãtie sepate neq p se ipsos neq p similitudines reꝝ mãliũ pñt intelligi pfecte ſm. b. Tho. in. i. parte. q. lxxxviij. articulo. i. & ij. Sciẽdũ tñ ſm ipsum q Plato q se. posuit substãtias imãles ẽt mãliũ p se subsistẽtes qs ydeas vocabat vt dictũ ẽ dicebat q substãtie imãles nõ solũ itelligunt a nobis ʒ sunt pma a nobis itellecta. Sʒ ſm Aristo. sentẽtiã quã magis expimur itellect⁹ noster ſ m statuʒ vite pñtis hʒ nãlẽ respectũ ad reꝝ mãliũ naturas. Uñ nihil itelligit nisi cõuertendo se ad

Anima nõ põt pfecte intelligere ea q̃ sunt supra se.

Intellectus cognoscit propriũ actum

ſantaſmata. Et ſic ſubſtantias immateriales
cum non cadant ſub noſtra imaginatiõe ꝛ ſen
ſu. primo ꝛ per ſe ſm modum cognitionis nos
ex parte cognoſcere non poſſumus. Sed auer
rois in commento de anima ponit ꝙ in fine in
hac vita homo peruenire poteſt ad hoc vt in-
telligat ſubſtantias ſeparatas per continuatio
nem vel vnionem cuiuſdam ſubſtantie ſepara-
te a nobis. quem vocat intellectum agentem.
qui cum ſit ſubſtantia ſeparata intelligit ſub-
ſtantias ſeparatas. vnde cum fuerit nobis per
fecte vnitus ſic vt per eum intelligere poſſim⁹
intelligemus tunc ſubſtantias ſeparatas: per
fecte autem vnitur nobis ſm ipſum iſte intel-
lectus agens: cum omnia intellecta ſpecula-
ta cognouerimus. ꝛ tunc per eum poterimus
cognoſcere omnia materialia ꝛ immaterialia
¶ Hanc autem poſitionem auerrois reprobat
beatus Tho. pluribus rationibus. ¶ Primo
quia intelligere omnia ſpeculata vix cõtingit
alicui in hac vita. ꝛ ſic nullus vel pauci ad fe-
licitatem peruenirent quod eſt contra phm
in. i. methaphi. qui dicit ꝙ felicitas eſt quod-
dam bonum commune quod poteſt perueni-
re omnibus non orbatis ad virtutem. ¶ Se-
cundo quia pha dicit expreſſe in. i. methaphi.
ꝙ felicitas eſt operatio ſm perfectam virtutē.
Et enumeratis multis virtutibus in decimo
metha. concludit ꝙ vltima felicitas conſiſtē
in vltima cognitione maximorum intelligibi
lium eſt ſm virtutem ſapientie quaꝫ poſuit in
vi. eſſe caput ſcientiarum ſpeculatiuarum. Et
ſic patet ꝙ Ariſto. poſuit vltimam felicitatem
in cognitione ſubſtantiarum ſeparataruꝫ. qua
lis poteſt haberi per ſpeculatiuas ſciētias nõ
per vnionem intellectus agentis confictam a
quibuſdam. ¶ Tertio quia vt dictum eſt ſu-
pra ſm Ariſto. intellectus agens non eſt ſub-
ſtantia ſeparata. ſed quedam virtus anime. in
ducit ꝛ alias rationes ob breuitatem omiſſas
Item neqꝫ per rerum cognitionem materiali
um poſſumus deuenire ad cognitionem ange
lorum ſeu ſubſtantiarum ſeparatarum. Cum
enim ſubſtantie immateriales: vt angeli ſint
omnino alterius rationis a quidditatibus re
rum materialium quantūcunqꝫ intellect⁹ no-
ſter abſtrahat quidditatē rei materialis a ma
teria nequaquam peruenit ad aliquid ſimile
ſubſtantie immateriali. b. Tho. vbi ſupra. vn-
de ꝛ Dionyſius dicit. i. de diuinis nominibus
ꝙ ſenſibilibus intelligibilia compoſitis ſimpli
cia ꝛ corporibus incorporalia apprehendi nõ
poſſunt. Poſſumus vtiqꝫ ex huiuſmodi mate-
rialibus conſideratis in aliqualem cognitio-
nem deuenire ſubſtantiarum ſeparatarum: ſꝫ
non perfectam: quia non eſt ſufficiens compa
ratio materialium ad immaterialia. ꝛ ſimili-
tudines que a materialibus accipiuntur: ad
intelligendum immaterialia ſunt multuꝫ diſ
ſimiles. ſm Dionyſium. Tractatur autem in
ſcientijs maxime de ſuperioribus per viam re
motionis ſicut corpora celeſtia notificat Ari
ſto. per negationem proprietatum corporum
inferiorum. ꝛ ſic a ſanctis dantur documenta
de angelis per remotam formam. ex his ſeq-
tur ꝙ deus non eſt id quod primum ab itelle
ctu noſtro cognoſcitur in hac vita. ſi enim ſub
ſtantias ſeparatas creatas intelligere non va
lemus: multominus eſſentiam ſubſtantie in-
create. Unde Johan. i. deum nemo vidit vn-
quam. Sed magis per creaturas deuenimus
in cognitionem dei. ſm illud apoſtoli ad Ro.
i. Inuiſibilia dei a creatura mundi per ea que
facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Primum
enim quod intelligitur a nobis in ſtatu vie eſt
quidditas rei materialis: quod eſt obiectum
proprium intellectus noſtri. deus autem om-
nino imaterialis eſt. b. Tho. vbi. ſ. arti. iij.

¶ Titulus quartus de voluntate.

¶ De comparatione voluntatis ad itellectū. Capitulum primum.

DE voluntate que eſt alia
potentia a ſenſualitate. Ubi pmo Quō vo
ſciendum ꝙ voluntas non ē emi- lūtas ē
nentior intellectu ſimpliciter: ſed nobili-
ſm quid. Pro cuius declaratiõe or intel
dicit. b. Tho. in. i. parte. q. lxxxij. ꝙ eminentia lecto ꝛ
alicuius ad alterum poteſt attendi dupli- quō nō
citer. Uno modo ſimpliciter. Alio modo ſꝫ qd.
Conſideratur autem quid tale ſimpliciter: qñ
prout eſt ſm ſe tale ſm quid autem dicitur ali
quid tale prout ſm reſpectū ad alterum eſt ta
le. Si igitur intellectus ꝛ voluntas conſiderē
tur ſm ſe. ſic intellectus eminentior inuenitur
ꝛ hoc apparet ex comparatione obiectorū ad
inuicem obiectum enim intellectus eſt ſimpli
cius ꝛ magis abſolutum ꝙ obiectum volunta
tis. Nam obiectum intellectus eſt ipſa rō bo-
ni appetibilis. Bonum autem appetibile cui⁹
ratio eſt in intellectu eſt obiectum voluntatis.
quanto autem aliquid eſt ſimplicius ꝛ abſtra
ctius tanto ſm ſe eſt nobilius ꝛ altius. ꝛ ideo
obiectum intellectus eſt altius ꝙ obiectū vo
luntatis. Cum ergo propria ratio potentie ſit
ſm ordinem ad obiectum. ſequitur ſꝫ ſe ꝛ ſim
pliciter ꝙ intellectus ſit nobilior voluntate ꝛ
altior. Unde ꝛ phs in. x. ethicorum. ponit in-
tellectum altiſſimam potentiam anime. Se-
cundum quid autem ꝛ per comparationeꝫ ad
alterum voluntas interdum inuenitur altior
intellectu. ex eo. ſ. ꝙ obiectum volūtatis in re

altiori inuenitur ꝙ obiectum intellectus. Si cut si dicerem auditū esse nobiliorem visu ſꝫ quid,inquantum res aliqua cuius est sonus nobilior est aliqua re cuius est color:ꝙuis co/ lor sit nobilior ⁊ simplicior sono. et enim su- pra dictum est. Actio intellectus consistit in hoc. ꝙ ratio rei intellecte est in intelligente. Actus vero voluntatis perficitur in hoc ꝙ vo luntas inclinatur ad ipsam rem prout in se est ⁊ ideo phs dicit in.v.methaphi. ꝙ bonum ⁊ malum que sunt obiecta voluntatis sunt in re bus. Verum autem ⁊ falsum que sunt obiecta intellectus sunt in mente. Quanto igitur res in qua est bonum ⁊ nobilior ipsa anima in qua est ratio intellecta per comparationem ad ta- lem rem intellectus est altior voluntate. Un- de melior est amor dei ꝙ cognitio. E contra- rio autem melior cognitio rerum corporaliuꝫ ꝙ amor. ¶ Simpliciter tamen intellectus est altior ꝙ voluntas.

¶ Est etiam intellectus .§.i.

Quō voluntas ē por itellectu vel eꝫ.

quo ad actum prior voluntate ſm ordineꝫ na ture ⁊ simpliciter sicut motiuum mobili ⁊ acti uum passiuo. Bonum enim intellectum ē qḋ mouet voluntatem. Unde figuratur intelle- ctus per virum qui est pfectior ⁊ nobilior mu liere que signat voluntatem. Sic enim expo- nit Aug. illud Johan.iiij. dictum samarita- ne.s. voca virum tuum:idest representa intel- lectum tuum. ¶ Ubi sciendum ꝙ primo volū tas hominis accipit quasi in viros legitimos quinqꝫ sensus.iuxta illud. Quinqꝫ viros ha- buisti. Nam a deo dispositum est vt vsqꝫ ad tē pus vsus rationis quis sequatur instinctus sen suum seu sensualitatis sine peccato: nec enim imputatur ad peccatum quod quis facit ante vsum rationis. Postea si accipit voluntas in- tellectum seu rationem in virum. vt.s. sequaꝛ instinctum rationis non sensualitatis legiti- me est voluntas desponsata. Si autem sequaꝛ errorem:idest sensualem appetitum adultera tur seu fornicatur spiritualiter anima. iuxta il lud Hiere.iij. Tu autem fornicata es cū ama toribus multis ⁊c. Et Johan.iiij. Hunc queꝫ habes non est tuus vir. Sicut ergo ex viro ⁊ muliere legitime coniunctis generatur pro- les legitima cui debetur hereditas:ita ex in- tellectu ⁊ voluntate concipitur bonum propo situm operis. principium tamen actiuum ē vir ⁊ mulier passiuum. Ita ⁊ intellectus est ꝙ mo- uet voluntatem. Et concipitur opus bonuꝫ p propositum. nascitur per operis executioneꝫ. Operatur etiam ad generationem influxus so lis quia homo hominem generat ⁊ sol. Sic influxus gratie. solis Jesu Christi principali-

ter operatur in bonis operibus nostris. Que opera si sint magne probitatis masculi sunt:si imperfecta femine quibus demum reseruatur hereditas eterna. Dyabolus autem permaxi- me querit impedire precipua opera vt peniten tiam restitutionem. mundi contemptum ⁊ hu iusmodi. Non autem malum curat de his ꝗ sunt de genere bonorum. vt ieiunium ⁊ elemo synam ⁊ huiusmodi. In cuius figuram legiꝛ. ꝙ pharao rex egypti precepit masculos hebreo rū occidi. ⁊ feminas reseruari. vt exponit Gri ge. Nutriuntur hi filii.s. bonorum operuꝫ per orationem ⁊ doctrinam ⁊ sacramenta. Crescūt per profectum virtutum. sic econtra per volū- tatem concipiuntur ex errore intellectus se- quentis sensualitatem per mala opera que pri uantur hereditate eterna. Et sicut mulier la- borat in partu. ita volūtas in bñ opando. iuxta illḋ Joh.xvi. Mulier cū parit tristitiā hꝫ. Cuꝫ aūt ꝙrit. si volūtas moueat intellectū. Rñdet b. Tho. in.i.pte.q.lxxxij.ar.iiij. ꝙ aliqḋ dī mo uere dupl'r. Uno mō p modū finis. Sic dī ꝙ finis mouet efficiētē. ⁊ h mō itellectus mouet volūtatē qꝛ bonū itellectū ē obiectū volūtatis ⁊ mouet ipsam vt finis. Alio mō dī aliqḋ mo uere p modū agētis:sic alterās mouet altera- tū ⁊ ipellēs ipulsum. Et h mō volūtas mouet itellectū ⁊ oēs alꝫ vires. Ut Ansel. dic in lib. de silitudinib'. Cui'rō ē:qꝛ in oib' potētijs or dinatis actiuis illa potētia ꝗ respicit finē vlēm moueat alꝫ potētias ꝗ respiciūt fines pticula res:⁊ h appet tā in nālib' ꝙ in politicis. celuꝫ eni qḋ agit ad ꝯsuationē vlem gñabiliū ⁊ cor ruptibiliū mouet oia iferiora corpa quoꝝ vnū qḋqꝫ agit ad ꝯsuationē pprie speciei vl' idiui dui:rex ēt ꝗ intēdit bonū cōe toti' regni mouet p iperiū suū singlos ppositos ciuitatū ꝗ singu lis ciuitatib' regni curā ipēdūt. Obiectū igiꝛ volūtatis cū sit bonū ⁊ finis i cōi ⁊ ꝗlibet potē tia cōparaꝛ ad aliqḋ bonū ppriū sibi ꝯueniēs. sic visus ad pceptionē coloris:itellect' ad cogni tionē veri:iō volūtas p modū agentis mouet oēs ale potētias ad suos act'. pter vires nāles vegetatiue ptis ꝗ nro arbitrio subdunꝛ. ¶ He aūt due potētie in actib' suis seinuicē icludūt qꝛ itellect' itelligit volūtatem velle ⁊ volūtas vult itellectū itelligere. Et simili rōne bonum ꝯtineꝛ sub vero iquātū ē quoddā veꝝ itellectū ⁊ veꝝ ꝯtineꝛ sub bono inquātū ē quoddā bonū desideratū. ſm tñ rōnē cōitatis obiectoꝝ veri usqꝫ vt dictū est intellectus simpliciter est alti or ⁊ nobilior voluntate. Nec est ire in infinitū quia intellectus qui mouet voluntatē nō mo- uetur semper a voluntate:sed principium con siliandi ⁊ intelligendi est aliquod intellectiuū principium altius intellectu nro ⁊ hoc ē deus.

Quō voluntas mouet intellectum ⁊ ecōtra.

Multiplex est necessitas.

¶ Utrum voluntas velit .§.ij.
aliqd ex necessitate. Respõdet. b. Tho. vbi. 8.
arti. j. q necessitas multipliciter dr. Necesse
enim est qd non põt nõ esse. qd qdem cõuenit
alicui dupliciter. s. ex principio intrinseco vel
ex pncipio extrinseco. Ex principio qdem in-
trinseco dupliciter. s. vl ex materiali vel ex for
mali principio. Ex materiali qdem pncipio si-
cut cum dicimus. Omne qd cõpositum est ex
ꝯtrarijs necesse est corrumpi. Ex formali sicut
cum dicimus q necesse est triãgulum habere
tres angulos equales duobus rectis. Et hec
est necessitas naturalis et absoluta. Alio mo-
do ꝯuenit alicui. q nõ possit nõ esse ex aliquo
intrinseco fine vel agente. Fine qdem. sicut
cum qs nõ põt conseq sine hoc vel bene cõseq
aliquẽ finem. vt cibus dr necessarius ad vitaz
et equus ad iter. Et hec vocat necessitas finis
que interdum etiam dr vtilitas. Ex agẽte aũt
hoc alicui ꝯuenit. sicut cum aliqd cogitur ab
aliquo agẽte. ita q non possit ꝯtrariuz agere.
et hec dr necessitas coactionis. ¶ Hec ergo ne
cessitas coactionis repugnat voluntati. Nam
hoc dicimus violẽtum. qd est ꝯtra inclinatio
nem naturalẽ rei. Ipse autem modus volũta-
tis est inclinatio quedam in aliqd. Et ideo si-
cut dicit aliquid naturale. qd est sm inclina-
tionem nature. Ita dr aliquid voluntarie. qr
est sm inclinationẽ volũtatis. Sicut ergo est
impossibile q sit aliqd simul violẽtum et natu
rale. ita est impossibile q aliqd simul sit simpli
citer coactũ et volũtariuz. Necessitas finis nõ
repugnat volũtati. quando ad finem non põt
ꝑueniri. nisi vno modo. Sicut ex volũtate trã
seundi mare sit necessitas in volũtate vt velit
nauim. Silr necessitas nature non repugnat
voluntati. qnimmo necesse est vt sicut intelle
ctus iheret pmis pncipijs. ita volũtas inhere
at vltimo fini qui est btitudo. Finis. n. se hz in
opatiuis sicut pncipium in speculatiuis. vt dr
ij. li. phisi. Et sic ex nccitate vult qs btitudinẽ.

¶ Voluntas non vult oia .§.iij.
ex necessitate. et si aliquid vt beatitudinem.
¶ Pro cuius declaratione dicit be. Tho. vbi
8. art. ij. q sicut intellectus nãliter et ex necessi
tate inheret pmis pncipijs. ita voluntas vlti-
mo fini. sunt aũt quedã intelligibilia que nõ
hñt necessariam ꝯnexionẽ ad pma pncipia. si-
cut ꝯtingentes ꝓpositiones et talibus non de
necessitate assentit intellectus. Sic ex pte vo
lũtatis sunt quedaz particularia bona que nõ
habẽt necessariam ꝯnexionem ad beatitudinẽ
qbus. s. huiusmodi qs deo inheret. in quo sola
ꝯsistit vera beatitudo. sed tñ anteq̃ per certi-
tudinem diuine visionis necessitas huiusmo
di cõnexionis demõstretur. volũtas non ex ne
cessitate inheret deo nec his que sunt dei. sed
volũtas videntis deum per essentiã ex necessi
tate inheret deo. sicut nunc ex necessitate vo-
lumus esse beati. Patet ergo q volũtas in ni-
hil tendere potest nisi sub ratione boni. Sed
quia bonum multiplex est. non propter hoc ex
necessitate determinatur ad vnum.

¶ Caplm. ij. De libero arbitrio.

Liberum arbitrium diffinit.

DE libero arbitrio. hoc sic
diffinit magister sentẽtiarum in
ij. lib. dicens. Liberum arbitriuz
est facultas rationis et volũtatis
qua bonum gratia assistẽte eligitur. et malum
gratia desistẽte: idest deficiente. Ex pma par-
ticula huius diffinitionis ostẽditur. q liberuz
arbitriũ est potentia non actus vel habitus. dr
enim facultas q potentia expedita. idest libe-
ra. Neq enim potest dici actus. qa actus nõ
semper manet in homine. sed transit liberum
arbitriuz semper manet in homine. Sed neq
habitus dici potest. Et ratio est. quia habitus
dicũtur sm quos nos habemus bene vel ma-
le ad actus vel passiones. vt dicitur in. ij. ethi
corum. Nam per tẽperantiaz bene nos habe-
mus circa cõcupiscentias. per intẽperantiam
aũt male. per habitũ scientie bñ nos habemus
ad actũ intellectus dum per eum cognosci-
mus verum. per ꝯtrium habitũ male. Liberuz
autem arbitrium indifferẽter se habet ad be-
ne vel male eligendum. Unde impossibile est
q liberum arbitriuz sit habitus. Est ergo po-
tentia. Quãuis enim sm propriam significa-
tionem vocabuli nominet quendã actum. ta-
men sm cõmunem vsum loquendi liberũ ar-
bitriũ dicimus id quod est principium huius
actus. s. quo homo libere iudicat. Principiuz
autẽ in nobis actus est potentia vel habitus.
Sed probatũ est q habitus esse non potest. er
go potentia est. ¶ Ex secũda particula diffini

Secunda particula diffinitionis

tionis cum. s. dicitur rationis et volũtatis. nõ
datur intelligi q ista potentia sit vna composi
ta ex ratione et volũtate. vel q sit vtraq. sed q
ad actum liberi arbitrij concurrunt ratio et vo
luntas. vt dicit beatus Thomas. in pma par
te. q. lxxxiij. articu. ij. ¶ Pro cuius declara-
tione dicit beatus Thomas. vbi supra. artic.
iij. q liberum arbitrium est electio. per hoc di
cimur liberi esse arbitrij. quia possumus vnuz
recipere de duobus alio recusato quod est eli
gere. Et ideo naturam liberi arbitrij ex elec
tione considerare oportet. Ad electionem
autez concurrit aliquid ex parte cognoscitiue
virtutis. et aliquid ex parte appetitiue. Ex par
te cognoscitiue requiritur consilium. per qd di-

iudicaẜ quid sit tandē preferendū. Ex parte ap
petitiue requiriẜ ꝙ appetendo accepteẜ qd̄ per
consiliū diiudicaẜ. Vn̄ phs in .vi. ethicoꝝ sub
dubio reliquit. Utrū electio principalius per
tineat ad vim cognitiuā. vel ad vim appetiti-
uā. Dicit enim ꝙ electio vel est intellectus ap
petitiuꝰ vel appetitꝰ intellectiuꝰ. sed in .iij. ethi
coꝝ in hoc magis declinat ꝙ sit appetitꝰ intel
lectiuꝰ nominās electionē desideriū consiliabi
le. ꝛ huius ratio est: qꝛ ꝓpriū obiectū electiōis
est id qd̄ est ad finē. Hoc aūt inquātū hmōi hꝫ
rationē boni qd̄ diciẜ vtile. Vn̄ cū bonū inquā
tū hmōi sit obiectū appetitus. sequiẜ qd̄ ele-
ctio sit principaliter actus appetitiue virtutis
ꝛ per ꝯñs liberū arbitriū est potentia appetiti
ua. Arbitriū enim importat iudiciū. Iudici-
um vero est quasi conclusio ꝛ determinatio cō
silij. Determinaẜ aūt cōsiliū primo ꝑ sentētiā
rōnis. scd̄o ꝑ acceptationē appetitus. ꝛ quā-
uis appetitus nō sit collatiuus. qꝛ collatio im
portat cōparationē vnius ad alterū qd̄ perti-
net ad rōnē tn̄ inquātū a vi cognitiua cōferē-
te mouetẜ hꝫ quandā collationis similitudinē
Tertia dū vnū alteri preoptat. ¶ Ex tertia particula
ꝑticula diffinitionis. s. bonū eligiẜ gr̄a assistente: osten
diffini- diẜ gr̄a necessaria ad bene agendū. nec tamē
tionis. ex hoc tolliẜ libertas arbitrij. Liberꝫ enim ar-
bitriū est causa sui motus. per hoc ꝙ hō seipm̄
mouet ad agendū. nō tn̄ hoc est de necessita-
te libertatis ꝙ sit prima causa sui id qd̄ liberū
est. sicut etiā nec ad hoc ꝙ aliquid sit cā alteri
us requiriẜ ꝙ sit ꝓma cā eiꝰ. Deꝰ ergo est ꝓma cā
mouēs causas nāles ꝛ volūtarias. sicut ergo
mouēdo causas nāles nō eis aufert qn̄ actus
earū sint nāles. Ita mouēdo causas volunta
rias nō aufert qn̄ actiones earū sint volunta-
rie: sed potius hoc eis facit. Opaẜ enim i vno-
quoqꝫ ſm eius ꝓprietatē. ꝛ hoc est qd̄ ait aplūs
Phil. ij. Deꝰ operaẜ in nobis velle ꝛ perficere.
ꝛ prouer. xxi. Cor regis in manu dei est. ꝛ quo-
cūqꝫ voluerit vertet illud. b. Tho. vbi. s. opaẜ
enim in oībꝰ deꝰ velle inquātū illud velle est q
dā actꝰ nālis ſm ꝙ deꝰ est cā omniū motionuꝫ
suo influxu quo oīa mouet. Opaẜ aūt in bonis
velle. s. meritorie: inquātū deꝰ lumine gr̄e mo
uet volūtatē ad mouēdū aliqd̄ meritorium.
Quar- ¶ Ex vltima particula ostēdiẜ ꝙ nullus cogiẜ
ta parti ad malū. Vn̄ Ambro. Nemo nostrū teneẜ ad
cula dif culpā nisi ꝓpria volūtate deflexerit. xv. q. i. nō
finitōis est. ꝛ Aug. Vasis tre nunqꝫ deꝰ redderet inte-
ritū. si nō spōtaneū inueniret hō hic peccatū
xxiij. q. iij. c. Nabuchodonosor. Vn̄ ꝛ cayn di-
ctū fuit a dn̄o Gen̄. iiij. sub te erit appetitꝰ eiꝰ
scilicet peccati. ꝛ tu dominaberis illiꝰ: qd̄ aūt
Aug. dicit ꝙ hō peccādo seipsum perdidit ꝛ
liberū arbitriū: nō vult dicere ꝙ perdiderit il
lud quo ad libertatē nālē que ē libertas ꝛ coa
ctione. Sed quantū ad libertatē que est a cul
pa ꝛ miseria. Iuxta illud Joh. viij. Qui facit
peccatū seruus est peccati. ¶ Et nota ꝙ hec ē
diffinitio liberi arbitrij tantū conuenit libero
arbitrio hoīs dū est viator. vel si intelligaẜ de
libero arbitrio angeli. tūc oꝫ intelligere de ip-
so quantum ad statum primum angelorum:
in quo fuerunt vertibiles ſm Alexan. de haleꝫ
in sum. Raynerius.

¶ Hoc autem liberum .§. i.

arbitriū nō est alia potentia a voluntate. Vn̄ Li. ar.
de damas. in .ij. libro dicit ꝙ liberū arbitriuꝫ nō ē di
nil aliud est ꝙ̄ voluntas. Pro cuius declara- stincta
tione dicit. b. Tho. vbi. s. arti. iiij. ꝙ potentias potētia
appetitiuas oꝫ eē proportionatas potētijs ap volun-
prehensiuis. Sicut aūt ex parte apprehensio- tate
nis se habent intellectus ꝛ ratio: ita ex parte
appetitus intellectiui se hn̄t voluntas ꝛ liberū
arbitriū: que nihil est aliud quāuis electiua. ꝛ
hoc pꝫ ex habitudine obiectoꝝ ꝛ actuū. Nam
intelligere importat simplicē apprehensioneꝫ
alicuius rei. Vn̄ intelligi proprie dicunẜ prin
cipia que sine collatione per se cognoscuntur.
Ratiocinari aūt est de vno deuenire in cogni
tionē alterius. Unde proprie de conclusioni-
bus ratiocinamur que ex principijs innotescūt
ex parte aūt appetitus velle importat simpli-
cē appetitū alicuius rei. Unde voluntas dici
tur eē de fine qui propter se appetitur. Eligeẜ
autē est appetere aliquid propter aliquid con-
sequendū. Unde proprie est eoꝝ que sunt ad fi
nē. sicut autē se hꝫ in cognitiuis principiuꝫ ad
conclusionem: cui propter principia assentimꝰ
ita in appetitiuis se habet finis ad ea que sunt
ad finem que propter finem appetuntur. Un-
de manifestum est ꝙ sicut se habet intellectus
ad rationem. ita se habet volūtas ad vim ele
ctiuam: idest liberum arbitrium. Ostensuꝫ est
autem supra ꝙ eiusdem potentie est intellige
re ꝛ ratiocinari. Sicut eiusdem virtutis est qe
scere ꝛ moueri. Unde etiam eiusdem potentie
est velle ꝛ eligere per eandem rationem. ꝛ pro
pter hoc voluntas ꝛ liberum arbitriuꝫ nō sunt
due potentie sed vna. Electio ergo ꝛ volūtas
quantum ad ipsum velle sunt diuersi actus: ſꝫ
tamen pertinent ad vnam potentiam. sicut in
telligere ꝛ ratiocinari. ꝛ ꝗ̄uis ex parte intelle
ctus sint due potētie. s. intellectus agens ꝛ in
tellectꝰ possibilis: nō sic sit distinctio volunta-
tis in agētē ꝛ possibilē. ꝛ rō huiꝰ est qꝛ itellectꝰ
agēs cōparaẜ ad possibilē vt mouēs: ſꝫ ad volū
tatē cōparaẜ vt mouēs ad liberū arbitriū sed
intellectū: qꝛ bonū apprehensum per intelle-
ctum mouet voluntatem ꝛ liberū arbitrium.

¶ Liberum arbitrium .§.ij.
est subiectiue in deo: in angelis ⁊ in hoibus. ⁊
perfectius in deo ꝙ̄ in angelis: ⁊ perfectius in
angelis ꝙ̄ in hoibus. ¶ Primū.s. ꝙ sit in deo

Quod liberū arbitriū ē etiaꝫ in deo.

liberū arbitriū probaꝶ auctoritate ⁊ rōne. Di-
cit enim Ambro. i libro de trini. Spiritussan
ctus diuidit singulis prout vult.s. pro liberꝫ vo
luntatis arbitrio nō necessitatis obsequio. Spi
ritus autē sanctus est deus. ergo in deo est li-
berū arbitriū. Rōne probaꝶ sic. Liberū arbitri
um est eoꝝ que nō ex necessitate vel nāli instin
ctu volumus sed libere. Sed deus necessario
vult suā bonitatē velut finē vltimū volūtatis
diuine. Alia vero oīa vult quasi ordinata ad
istū finē. s. ad bonitatē suā. Que quidē non ne-
cessario vult sed libere: eo ꝙ sua bonitas his q̄
ad ipsam ordinanꝶ nō indiget. Unde remanet
in eo iudiciū liberū ad volendū hoc vel illud.
sicut ēt in nobis est in his que ad finē nō sunt
necessaria. ¶ Quod aūt ipsum liberū arbitrium
sit ꝑfectius in deo ꝙ̄ in angelis vel hoibꝰ ꝓbaꝶ
tali ratione. Libeꝝ arbitriū presupponit tria.

Liberū arbitrium ꝑfectius ē in deo ꝙ̄ i aliis

nām. vim cognitiuā ⁊ volitiuā. Sed hec tria
perfectius sunt in deo ꝙ̄ in angelis ⁊ hoibꝰ ⁊c̄.
Ergo ⁊c̄. Et quantū ad primū. s. ꝙ nā sit perfe
ctius in deo ꝙ̄ angelis ⁊ hoibus pꝫ ex hoc: qꝛ
nā diuina est increata ⁊ est suū eē ⁊ sua bonitas
vn̄ in eo nō pōt eē defectus aliquis. Nec cor-
ruptibilitatis. qꝛ cū sit increata nō ē ex nihilo.
⁊ iō nō est vertibilis in nihil. Nec defectꝰ per-
mixtibilitatis: qꝛ cū nā diuina sit ꝑ essentiam
talis nō est alicuius admixtionis vel cōposi-
tionis susceptibilis. Nec defectꝰ culpabilitatis

In deo nullꝰ ē defectꝰ

qꝛ cū eius bonitas sit essentialis non est in ma
lū flexibilis. Libeꝝ aūt arbitriū hoīs vel ange
li in suis nālibus consideratū: est defectuosuꝫ
quantū ad ista tria. Secundo liberū arbitriuꝫ
presupponit virtutē intellectiuā. vbi autē per-
fectius inuenif ⁊ nobilius virtus intellectiua
ibi est perfectius libeꝝ arbitriū: sed perfectius
nā intellectiua inuenif in deo ꝙ̄ in alio: qꝛ de
us intelligit per vnā solā qō est idē cū ipso. s. ꝑ
ēentiā suā. Angelus aūt per conuersionē ad su
um supius. s. deū. Nō mediante fantasmate a
rebus inferioribus. ergo ⁊c̄. Tertio liberū ar-
bitriū presupponit virtutē volitiuā tanꝙ̄ ꝓmā
cām eius. Et quantū ad hoc ēt perfectius est
in deo. qꝛ in malū oīno tendere nō pōt arbi-
triū eiꝰ: sicē angeli ⁊ hoīs. ¶ Si aūt obiiciaꝶ sic
libeꝝ arbitriū i vtrāqꝫ partē flecti pōt. s. i malū
⁊ i bonū ⁊ vlā hꝫ ad opposita: ꝫ deꝰ ad malū fle
cti nō pōt. Dicit enim Adamantius. Nō pec-
care solius dei est: emendare sapientis. de pe.
dist. iij. c. Inter hec. Qō itelligiꝶ nō ꝙ omnis
creatura peccauerit. vt Hiero. dicē. Sꝫ qꝛ nul-
la est que peccare nō possit. de pe. di. ij. §. vlt.

Ad hoc respondeꝶ ꝙ cū malū culpe dicatur ꝑ
auersionē a bonitate diuina ꝑ quā deus om-
nia vult. manifestū est ꝙ impossibile deū velle
malū culpe. ⁊ tamē ad opposita se hꝫ eius vo-
luntas inquātū pōt velle hoc eē vel nō eē. ¶ Ubi

Quid ꝑtiet ad ratione libi arbitrij

notandum ꝙ ad rationem liberi arbitrii non
pertinet ꝙ quis indeterminate se habeat ad
malum ⁊ bonum: cuius ratio est: quia liberuꝫ
arbitrium per se est ordinatum in bonum: cuꝫ
bonum sit obiectum voluntatis: nec in malū
tendat nisi propter aliquem defectum: qui ap
prehenditur vt bonū: cum electio que est actꝰ
proprius voluntatis. non sit nisi boni vel appa
rentis boni. ⁊ ideo vbi liberum arbitriū est per
fectissimum: vt in deum in malum tēdere nō
potest. Sed hoc ad libertatem arbitrii perti-
net vt actionem aliquam facere vel non face-
re possit. ⁊ hoc deo conuenit: quia bona que fa
cit potest non facere. Nec tamen potest malū
facere ratione predicta. Cum ergo dicitur ꝙ

Li. ar. qualiter possit ad opposita

liberum arbitrium viaꝫ habet ad opposita: po
test intelligi tripliciter. Primo quia potest vel
le bonum ⁊ malum ⁊ sic non conuenit deo: qꝛ
hoc importat defectibilitatem. Secundo vt
prius aliquid velit ⁊ postea illud nolit. ⁊ hoc
etiam deo non cōuenit quia repugnat immu
tabilitati diuine. Tertio potest intelligi etiaꝫ
habere ad opposita: quia potest velle hoc non
velle. ⁊ hoc conuenit deo: quia ipse habet libe
ram electionem volendi aliquid vel non volē
di: quia multa ita libere vult ꝙ potest ea velle
⁊ non velle absqꝫ eius defectibilitate ⁊ mutabi
litate. Hec Tho. in questionibus de veritate.
Raynerius. ¶ Liberum arbitrium est in ange

Li. ar. est i angelis.

lis ⁊ perfectius ꝙ̄ in hominibus. ⁊ ꝙ sit in an-
gelis probatur auctoritate Damasceni qui di-
cit in lib. ij. Quod angelus est substantia intel
lectualis: semper mobilis arbitrio libera ⁊c̄. ꝓ
batur etiam tali ratione. Omne creatum ē ver
tibile vel ꝫm esse vel secundum electionem.
Sed angelus est creatus. ergo est vtibilis nō
secundum esse cum sit immortalis. ergo ē ver
tibilis ꝫm electionem que pertinet ad liberū
arbitrium. Hec Alexan. in summa. Ostendi-
tur etiam hoc ex hoc quod habetur. de pe. di.
ij. Principium. Quod angeli liberum arbitri-

In angelis ē ꝑfectꝰ li. arbi. ꝙ̄ i hominibꝰ

um sit ꝑfectꝰ ꝙ̄ hoīs pꝫ ex hoc: qꝛ cū libeꝝ arbi
trium facultas voluntatis ⁊ rationis vbi ē per
fectior ratio seu intellectus ⁊ maior facultas
voluntatis. ibi est maior libertas arbitrii. sed
perfectius est virtus intellectiua in angelo ꝙ̄
in homine. quod patet quia apprehendit co-
gnitionem veritatis absqꝫ discursu ⁊ inquisi-
tione. Unde non accidit dubitatio vel difficul
tas in eo. Homo autem intelligit cum discur
su ⁊ inquisitiōe. Unde accidit dubitatio ⁊ dif-
ficultas. Similiter maior facilitas vel facul

tas voluntatis est in angelo ad exeundum in actū ꝙ̄ in homine quod patet: quia ꝙ̄cito angelus est habet potestatem volendi. eligendi amandi. homo autem non sic: vt patet in paruulo qui habet impedimentū a carne. ⁊ exspectat tēpus vt habeat vsum rationis. Ergo perfectius est liberū arbitriū in angelo ꝙ̄ in homine. ¶ Si aūt obiiciatur sic. Ubi est maior libertas. ibi perfectius liberū arbitriū. sed in homine maior libertas videtur. quia homo potest conuerti a bono in malum: ⁊ inde a malo in bonum. sed angelus semel vertitur in bonum vel malum sine reuersione. Ergo ⁊c̄. Respondetur ꝙ vtiqȝ maior vertibilitas est in homine ꝙ̄ in angelo: sed non maior libertas. Liberū vero arbitrium attenditur penes libertatem non vertibilitatem. alia enim ratione est libertas in creatura. alia vertibilitas: quia libertas est dignitas existens in creatura rationali vel intellectuali per conuenientiam ⁊ cōuersionem ad primum: scilicet deum. Uertibilitas autem sequitur ipsam naturam creature rationalis ꝭm se. ⁊ ideo non sequitur ꝙ vbi est maior vertibilitas sit maior libertas. Hec Alexāder in secunda parte summe. Itē ꝙ̄uis electio que pertinet ad liberum arbitrium: sit eorum que sunt ad finem. ⁊ angelis aduenerit finis eorum. quia scilicet coniuncti sunt ipsi deo inseparabiliter. ac etiam sancti in patria. non tamen sequitur ꝙ cesset in eis electio: nec per consequens liberum arbitrium. ⁊ ratio est quia id quod est ordinatū ad finem est duplex quoddam vt distans a fine. ⁊ in huiusmodi adueniente fine cessat electio eius quod ordinatur ad illum finem. sicut nunc quis eligit velle credere ⁊ sperare: que electio cessabit in patria. aliud ordinatum ad finem est vt coniunctum fini. ⁊ huiusmodi electio non cessat adueniente fine: sed manet cum fine beati Tho. super. ii. Sententiarum. ¶ Item sciendum ꝙ hoc pertinet ad perfectionem libertatis arbitrii: ꝙ possit diuersa eligere: seruato tamen debito ordine finis. sed ꝙ eligat aliquid deuiando ab ordine finis. vt fit in peccando: hoc pertinet ad effectum libertatis. ⁊ ideo maior libertas est in angelis ⁊ sanctis qui peccare nō possunt ꝙ̄ in viatoribus beati Tho. prima parte. q. lix. arti. iii. ¶ In homine est liberum arbitrium ⁊ ante peccatum ⁊ post peccatum: aliter tamen ⁊ aliter. Unde Hieronymus ad Damasum. Nos dicimus hominem semper peccare ⁊ non peccare posse: vt semper nos liberi confiteamur arbitrii. si enim post peccatum mortale commissum: non posset quis vitare peccatum: iam non peccaret. quia Aug. dicit ꝙ nullus peccat in eo quod vitare non potest.

Quoď li. arbi. ē i hoīe

Gregorius etiam dicit ꝙ debilis est hostis qui non potest vincere nisi volentē. ergo nō necessitatur ex quo est volens. Et quāuis habens habitum necessario faciat ꝭm habitum: non tamen oportet ꝙ peccator semper facit ꝭm habitum peccati. sed per liberū arbitriū potest vti habitu ⁊ nō vti. ⁊ facere potest aliqā contra ipsum habitū peccati: licet cū difficultate. Tamen manente habitu: nō pōt cōtingere ꝙ diu maneat nihil agens ꝭm habitū. ¶ Itē videt ꝙ peccator nō habeat liberū arbitriū. qꝛ liberum arbitriū diffinitur ꝙ est facultas voluntatis ⁊ rationis qua bonū gr̄a assistente eligitur sed peccator nō hȝ grām. ergo nō pōt liberi eligere bonū: ⁊ ita nō habent liberum arbitriuȝ ad bona. Respondetur ꝙ ille qui nō hȝ grām potest eligere bonū: sed non meritorium. hoc autem non derogat libertati arbitrii. Dicitur enim homo esse liberi arbitrii: ꝭm ꝙ pōt agere hoc vel illud. Et nota ꝭm ꝙ potest agere sic vel sic. taliter. s. qualiter virtuosus agit: nisi in quantū potest acquirere habitū virtutis. ¶ Uel etiam sic potest aliter responderi: licet grā qua homo possit meritoria opera facere nō possit quis ex libero arbitrio promereri: seu acquirere: pōt tamen ad eam gratiam habendam se preparare: que ei a deo non denegabitur si faciat quod est in se: ⁊ ideo non est omnino extra potestatem arbitrii opera meritoria facere quāuis potestas arbitrii per se ad hoc non sufficiat: eo ꝙ moduȝ qui ad meritū requiritur facultatē nature excedit: nō aūt moduȝ qui ē in operibus ex virtutibus politicis. Nullus autē diceret hominem non esse liberi arbitrii: qꝛ non potest taliter velle eligere: sicut deus vel angelus. ¶ Ad aūt Aug. dicit ꝙ necesse est hominem peccare aī reparationē dānabilr̄. Intelligit aliquo posito tn̄ respectu nulli⁹ hȝ necessitatē. Uel dicas ꝙ de hoc est duplex opinio. quidā dicūt ꝙ hō in mortali exn̄s nō pōt diu manere qn peccet mortalr̄. pōt tn̄ vitare hoc vel illud mortale: sicut cōmuniter oēs dicūt de venialibus. Quidā alii dicunt ꝙ in mortali existens potest vitare omne mortale. non tamen potest vitare. quin sit sub peccato. quia nō pōt per se resurgere sine gratia: sicut potuit per se cadere. ⁊ ꝭm hoc libertas arbitrii sustinetur.

¶ Notandum igitur .§. iii.

ꝙ duplex error extat circa liberum arbitrium Unus est eorum qui dicunt per liberum arbitrium posse hominem sufficienter mādata implere omnia ⁊ meritorie agere sine gratia dei. Sed per gratiam facilius operatur bn̄. ⁊ hoc est heresis pelagianorum. xxiiii. q. iii. c. penul. Et ꝯcīlii de ꝯse. di. iiii. placuit. iii. vbi di. pla

Prim⁹ error

cuit vt quicunque dixerit ideo nobis dari gratiam iustificationis, vt quod facere iubemur per liberum arbitrium, facilius possimus implere per gratiam tanquam et si gratia non daretur, non quidem facere: sed tamen possumus sine illa gratia implere mandata diuina: anathema sit. ¶ Secundus error est eorum qui dicunt act⁹ humanos ex necessitate procedere: et hoc vel ex constellationibus sub quibus homines nascuntur, vel ex immutabilitate diuine presidentie. Sed primum scilicet de constellationib⁹. xxvi. q. ii. Igitur genus. Et aug⁹. in. v. de ciui. dei reprobatur. Secundum reprobatur per beatum Tho. in prima parte. Et etiam in decre. xxiii. q. iiii. nabuchodonosor. §. Duo sunt. Ubi aug⁹. Si quid prouidentia dei presciens videt: id necesse est esse, tam et si nullam nature habeat necessitatem. At quidem ea futura que ex libertate arbitrii proueniunt presciētia continetur. hec igitur ad intuitum relata diuinum necessaria fiunt per dispositionem diuine notionis per se vero considerata absolute nature sue libertate non desinunt. Fiunt igitur procul dubio cuncta que futura deus esse prenoscit, sed eorum quedam de libero proficiscūtur arbitrio. Hec august. ibi. Quod homo sit liberi arbitrii probatur per illud Eccl. xv. Deus ab initio constituit hominem et reliquit eum in manu consilii sui. i. in libertate arbitrii scdm glo. Ad quod etiam facit quod dicit Hiero. cōtra Iouinianū. i. liberi arbitrii nos condidit deus. Nec ad virtutes nec ad vitia necessitate trahimur. Alioquin vbi necessitas ibi nec corona. de pe. dis. ii. Si enim inquit. ¶ Secundo probatur ex legum ordinatiōe et exhortatione sic. Precepta et prohibitiones non debent fieri nisi ei qui potest facere et non facere. alias enim frustra fierent. Sed homini etiam diuinitus fiunt prohibitiones et precepta. ergo in hominis potestate est facere et non facere. et ita est in eo liberum arbitrium. ¶ Tertio ex premio et pena sic. Nullus debet puniri vel pmiari pro eo vel de eo quod non est in eius potestate facere et non facere. Sed homo iuste a deo punitur et premiatur pro suis operibus. ergo homo potest operari et non operari: et ita est liberi arbitrii. ¶ Quarto quod homo sit liberi arbitrii probatur ratione sic. Ubicunque est intellectus: est et liberum arbitrium. sed in homine est intellectus. ergo etc. Maior sic probatur. Ubi est extimatio vel discretio ibi est et electio. Sed in homine est extimatio et dissensio que pertinēt ad intellectum. Nam iudicant vel discernuntur per apprehensiones veritatis. ergo et ibi est electio que pertinet ad liberum arbitrium. Nam volūtatem habēt indeterminatam: respectu aliquorum libere eligēdi vel nō eligēdi. quod patet per experientiā: dum qs eligit vnū postea cōtrariū. ergo est liber arbitriū. ¶ Quinto pbari pōt per exemplum qd ponit Aug. de Nabuchodonosor et pharaone. xxiii. q. iiii. vbi dicit Nabuchodonosor penitentiā meruit fructuosam. Nōne post innumeras impietates flagellatus penituit. et regnū qd amiserat rursus accepit. Pharao autem ipsis flagellis durior est affect⁹: et periit. Et infra: Quātū ad naturā ambo homines erant quātū ad dignitatē ambo reges. qntū ad cām ambo captiuū dei pplm possidebāt. qntum ad penā ambo flagellis clemēter admoniti. quid ergo fines eorum fecit eē diuersos nisi quod vn⁹ dei manū sentiēs in recordatōe ppe iniqtatis ingemuit. alter libo ɔtra dei misericordissimā veritatē pugnauit arbitrio. hec ibi. ¶ Probatur hoc idē sexto ex sufficienti diuisione sic. Actuū humanorum oportet aliquā cām dare. Nō aūt possumus dicē quod ppria cā eorum imediate sit de⁹. rō est: quia ea que sūt a deo imediate: nō pñt eē nisi bona. Act⁹ aūt humani: alij sūt mali: alij sunt boni. Scdo nō possum⁹ dicē quod cā eorum sit necessitas quia ea que sunt ex necitate eueniūt semp eodem mō se hñt: vt ort⁹ solis et hmōi. Hoc aūt nō est in hūanis actib⁹. quia inumerabilr variant. Tertio nō possum⁹ dicē eē cām eorum fortunā vel cām: quia fortuna et casus est eorum que raro eueniūt. et pter intētionē. vt dī. ii. phisi. Ergo relinqr ipm hoiem facitē eē cām suorum actuū et pnm. et hoc per liberū arbitriū. ¶ Septio pbat idē ex diffōne libi arbitrij. Diffinit. n. sic. qd est facultas volūtatis et rōnis etc. Sed in hoīe inenit rō et volūtas ergo etc. ¶ Pro hui⁹ declaratiōe dicit Tho. i. pte. q. lxxxiii. art. i. Qd qdā agūt absque iudicio sicut lapis mouet deorsum: et silr oīa cognitiōe carētia. quedā alia agūt iudicio sed nō libo: sicut aīalia bruta. Iudicat. n. ouis lupū videns eū eē fugiēdū nāli iudicio et nō libo. quia nō ex deliberatiōe: sed ex nāli istinctu hoc iudicat. Et sile est de quolibet iudicio aīaliū brutorum. Sed hō agit iudicio libo: quia per vim cognoscitiuā iudicat aliquid eē fugiēdū vel psequēdū. Sed quia iudiciū istud nō est ex instinctu nāli in pticulari opabili sed ex collatione quadā rōnis. ideo agit libero arbitrio potēs in diuersa ferri. Ratio. n. circa cōtingētia viam hz ad opposita. vt patet in dyalecticis ppositionib⁹ et rethoricis psuasionib⁹. Particularia aūt opabilia sunt quedam ɔtingētia. et ideo circa ea iudiciū rōnis ad diuersa se habet: et nō est determinatū ad vnum. Et tanto necesse est quod hō sit liberi arbitrii ex hoc ipso qd est rōnalis. ¶ Quod aūt dicit apls ad Romanos. vij. Nō enim qd volo bonū hoc ago. sed qd odi malum illud facio nō est ɔtra determinata. Nā appetitus sensitiuus. et si in aliquo

Secundus error.

Homo habet liberum arbitrium.

aliquo possit repugnare rõni:ɔcupiscẽdo ɔtra illud qḋ dictat ratio.tñ ex hoc tñ nõ tollit quin subyciat rõni. Et hoc est bonũ qḋ hõ nõ facit cũ vult:q2.s.vellet nõ ɔcupiscere.i.nõ sentire motũ sensualẽ ɔtra rõnẽ.⁊ tñ sentit. Sz p hoc non tollit libertas arbitrij.q2 ibi nõ est assensus rationis in tali motu q requirit in actu liberi arbitrij. ¶ Silr ꝙ idẽ aplš dicit ad Ro.ix. Nõ est volentis neqȝ currẽtis ⁊c. Nõ sic intelligẽdum qsi hõ nõ velit ⁊ currat.i.opet bene ⁊ feruẽter libero arbitrio. Sz q2 liberũ arbitriũ ad hoc nõ est sufficiẽs:nisi moueat ⁊ iuuet a deo.qḋ etiaȝ d2 Hiere.x. Non est in hoĩe via eius.neqȝ viri est vt dirigat gressus suos.intelligit quãtuȝ ad executiões electionũ suarũ in qb⁹ põt hõ ipediri:velit nolit. Sz electiões ipse que ptinẽt ad liberum arbitrium sunt in nobis supposito diuino auxilio. Hec beat⁹ Tho.vbi supra.

Hõ hẽt libertatẽ arbitrij vertibilẽ in maluȝ.

¶ Libertatem ar/ .§.iiij.

bitrij vertibilẽ in malũ dedit deus hoĩ:seu fecit deus hoiem liberi arbitrij vertibilẽ in malũ qnqȝ rõnib⁹. ¶ Prima rõ est manifestatio diuine potẽtie. Uoluit eñ deus ostẽdẽ hoi:ꝙ sicut sine eo fact⁹ nõ fuerat.ita nec sine ipso persistere poterat:vt ergo cognosceret ꝙ diuinũ posse nõ solũ est ois potẽtie.sz etiã ois potẽtie ɔseruatiuũ:⁊ ꝙ ille solus est idefectibilis ⁊ inuertibilis.ideo voluit ⁊ sibi placuit creaturã rõnalẽ facere vertibilẽ.nec ipsam ɔfirmare in bono: quousqȝ illi ɔstaret ꝙ ipse solus de⁹ est.in quo nõ cadit non posse. Ad qḋ facit qḋ ait Aug⁹.de pe.di.ij.§.vlt.dicẽs. Solus ille oipotẽs vocat q hoc nõ põt.s.peccare.q2 oia põt que posse est aliqd posse. ¶ Scḋa rõ est manifestatio diuine sapiẽtie.ex ordine maloꝝ cũ bonis.s.ex vertibilitate hois in malũ.qḋ qdẽ malũ deus ordinat cũ bonis. Ex eo eñ ꝙ deus ex malo bonũ elicit diuina sapiẽtia manifestat:eo ꝙ maioris sapiẽtie est ordinare malũ cũ bonis.⁊ elicere bonum ex malis.ꝙ ordinare solũ bona cũ bonis.vel elicere bona ex bonis. Et ideo cũ diceret nec possibile eẽt deũ facere mala debuit talẽ facere creaturã que posset in opando deficere.⁊ maluȝ cõmittere:vt deus mala illa ordinãdo in bonum suã sapiẽtiã declararet. Dicit eñ Aug.in.x.de ciui.dei. Neqȝ deus vllũ nõ dico angeloꝝ vel hoiuȝ crearet.quẽ malũ futurũ esse psciret nisi pariter nosceret.qb⁹ eos bonoꝝ vsib⁹ cõmẽdaret. Ostẽdit etiã dei sapiẽtia in hmõi verbilitate ex cõparatiõe meriti ad premiũ. Nemo eniȝ dignus est coronari nisi q legitime certauerit. scḋa ad Thimo.ij. Et ideo decuit diuinã sapiẽtiã pus hoiem qsi in cãpo certaminis examinare ꝙ in glia coronare ⁊ exaltare. Ad h facit qḋ habet.lix.di.c.j.vbi dicit.qḋ dignitates nec ecclesiastice nec seculares ɔferẽde sunt nõ examinatis seu pbatis laboribus ⁊ exercitijs. ¶ Tertia rõ est manifestatio diuine misericordie que potissimũ manifestata est:cũ vnigenitũ suũ tradidit p hoĩs liberatione. Unde Jo.viij.ait ipse vnigenit⁹. Si filius vos liberauerit:vere liberi eritis. Ubi aug⁹. Si filius vos liberauerit non a barbaris:sz a diabolo:nõ a corpis captiuitate sz ab aĩe iniqtate. Et Greg.ait. Redẽptor noster totius ɔditor creature.ad hoc pinat⁹ humanã carnẽ voluit assumẽ:vt diuinitatis sue grã dirupto quo tenebamur captiui vinculo seruitutis.s.peccati.pristine nos restitueret libertati xij.q.ij.Cũ redẽptor. ¶ Quarta rõ est manifestatio diuine iustitie:que potissime manifestat in hoc ꝙ de⁹ tribuit vnicuiqȝ sm opa sua.s.bonis bona eterna tribuẽdo:⁊ malos eterna pena puniendo. Hec aũt retributio ⁊ punitio eterna nõ fuisset nisi deus hoiẽ in statu vertibilitatis ɔdidisset:q2 nõ meret aliqs vel demeret:⁊ per ɔsequẽs non pmiat nec punit nisi p hoc.ꝙ est dñs suoꝝ actuũ p liberã volũtatẽ. Ad hoc etiaȝ facit qḋ dicit Aug⁹. Uasis ire nunqȝ deus redderet iteritũ si nõ spõtaneũ inueniret hõ habere pctm̃.xxiij.q.iiij. Nabuchodonosor. Et Hiero. Ubi necessitas.s.benefaciẽdi ibi nec corona.s. debet.de pe.di.ij.Si eñ. ¶ Quinta rõ est augmẽtatio glie brõꝝ. Nã gloriosus est hoi in vertibilitate ad maluȝ ɔdito quodãmõ ex meritis gloriã obtinere ꝙ in inuertibilitate ɔditũ fuisse.⁊ sic sine aliquo glie meriti beatificari. Et ppter hoc ad cõmẽdationẽ iusti vertibilis in malũ d2. Ecc̃i.xxxj.q potuit trãsgredi ⁊ nõ est trãsgressus.s.pceptũ.etiã ab hoie puniẽduȝ:facere malũ ⁊ non fecit:quo ad occulta. ideo stabilita sunt bona illius in dño.i.opa illius sũt firmata in dño quasi in fundamẽto.qsi diceret.oĩa illius firmiter reseruata sunt a domino. Hec alexander.ij.parte summe.q.lvj.exceptis allegationibus decretorum.

¶ Quod liberum .§.v.

Homo ⁊ angelus debẽt habere liberũ arbitriũ.

arbitriũ debuit dari a deo ⁊ angelo ⁊ hoi:ostẽdit rõnib⁹ ⁊ silitudinib⁹. Rõnib⁹ qdẽ sic. Primo ex cõparatiõe boni. Et est iterrogatio Aug. a deodato. Quid tibi melius esse vl in nobis. An illud sine quo recte viui potest an illud sine quo viui non põt. Rñdet deodat⁹.qs ambigat id lõge esse pstantius sine quo recta vita nulla est. Aug⁹. Cũ ergo in corpe ɔcedas esse aliqd. quo amisso tñ ad recte viuẽdũ nõ ipedit hõ:voluntas libera tibi videt nullũ bonũ sine quo recte nemo viuit:⁊ ɔfirmat p exẽplũ dicens. Uides quãtũ boni desit corpi cui deficit manus: ⁊ tñ manib⁹ male vtit:q eis vel seua vel turpia opat. Si aspiceres aliquẽ sine pedib⁹ fatereris

te esse integritatem corporis plurimum bonū. et tamen qui vteretur ad nocendum cuiq͂ vel seipsum dehonestando male vti pedib⁹ nō negare. et sic de oculis et de alijs. Quēadmodū ergo ista pbas in corpe et nō intueris eos qui male vtunt. in his laudas illū qui hoc dedit donū: et qui hec dedit bona. Sic liberā voluntatē sine qua nemo pōt recte viuere. op₃ te esse bonū etiā diuinit⁹ datū. et potius eos esse dānādos q hoc bono malo vtunt: q͂ eum qui dederit dare non debuisse fateris. ℂ Scđa ratio est ex sufficienti diuisione boni. Nam bonorum quedā sunt magna: quedam minima. quedam media. Bona magna sunt quibus recte viu:t: et virtutes quibus nullus male viuit. Bona minima sunt: vt spēs vel sensus quorūlibet corporū sine quibus recte viui potest. Bona media sunt sine quib⁹ recte viui non potest: vt potentie. Uoluntas ergo libera videtur tibi nullū bonum sine qua recte nemo viuit. ℂ Tertio debuit deus dare liberum arbitrium ad perfectionē₃ vniuersi. Si quis enim dixerit. Non erat tam difficile aut laboriosum omnipotenti deo vt omnia quecūq͂ fecit sic haberēt ordinem suum vt nulla creatura vsq͂ ad miseriam peruenuret. Non enim est dicere vt hoc aut impotens non potuit: aut nō bonus inuidit. Respondeo et dico ordinē creaturarū a sūma vsq͂ ad infimā. ita gradib⁹ iustis decurrere. vt ille inuiderit q dixerit. ista nō esse et ille inuideat qui dixit ista talia nō debere esse. Si enim talis vult esse inferiorē qualis est natura vel creatura supior: iā illa est et tāta est vt adijci nō possit: q: pfecta est. Uerbi grā. qui diceret lunā debere esse vt solē₃ dupliciter errat. Uno mō q: ad rerū pfectionē aliqd cupit: cū desiderat alterū solē. Alio modo q: pfectionē vniuersi vult minuere: cū lunā vult detrahi. Sic a sili. Si dicis ꝙ deus voluntatē nr̄am debuit facere impeccabilē: et sic esset absq͂ miseria. Erras primo: q: vis adducere volūtati diuine qđ est ipossibile cū₃ illa sit pfectissima. Scđo q: vis diminuere perfectionē₃ vniuersi. cū etiā nostra miseria ad pfectionē vniuersi faciat. Desuisset autē₃ huic pfectioni si beati semp essemus. Quapropter si ad miseria₃ nisi peccando nō puenit aīa etia₃ peccata nr̄a necessaria sunt pfectioni vniuersitatis quā ɔdidit deus. qđ eni tā opus hēt misericordia q͂ miser. Et qđ tā indignū misericordia q͂ miser supbus. ℂ Quod pbat Aug⁹. per exemplū tale. qđ tā dignum in domo q͂ homo. Et qđ tā indignū abiectū et infimū q͂ cloaca domus. Seruus tn̄ in tali domo deiectus in tātū vt mundāde cloace dignus habeat: ornat domū etiā turpitudine sua. Et vtrūq͂ hor₃. s. seruus et mūdatio cloace: faciūt ad pulchritudinē domus. Hinc fit vt creatura supior: peccās celestis inferiorib⁹ puniat. q: tn̄ ille sunt infinite: vt ornari etiā a turpibus aīs possint: atq͂ ita vniuersitatis decori ɔgruere. Habitationi ergo celesti talis aīa nō ɔgruit p peccatū: terrestri autē ɔgruit per supplicium. Raynerius.

ℂ De libero arbitrio quod est debilitatū in modo. Cōfirmatū in bono. Obstinatū in malo. .§.vi.

Et quātu₃ ad primū dico ꝙ liberum arbitrium est debilitatū in modo. Nam in eo qui incidit in peccatū. liberū arbitriū nō est ablatū. sed dicit esse debilitatū. hoc modo. s. vt qđ prius ante peccatū facile poterat postmodum post peccatū sine difficultate et pugna nō possit. ℂ Sed contra magister sententiarū in. ij. di. xxv. dicit. ꝙ homo ante recupationē gratie nō pōt nō peccare etiā mortaliter. ergo sine gratia non potest homo vitare peccatu₃. Et sic liberum arbitrium videtur esse ablatum vel coactum. Respondeo et dico ꝙ liberū arbitriu₃ etiā post peccatū potest vitare peccatū. qđ ostendit in similitudine et ratione. ℂ Et similitudo exempli patet ex hoc. Sicut videre dicitur dupliciter. vt dicit philosophus in secūdo de anima. s. habere visum et vti visu. Ita etiam peccare dicitur dupliciter. Unde cum dicitur ante recuperatione₃ gratie homo non potest peccare. Intelligitur non habere peccatum. Nam anteq͂ homo per dei gratiam repararetur: et a peccato liberaretur: semper erat in peccato. S₃ nō potest intelligi ꝙ non potest homo non vti peccato. quia existens in mortali potest per liberu₃ arbitrium peccatum cōmittendum vitare: quāuis non ita faciliter sicut ante peccatum. Ratione autem idem probatur tali. In omnibus que sub electione cadunt volūtas libera manet. Electio autē₃ est actus liberi arbitrij. Ergo etc. Unde dicere ꝙ voluntas velit aliquid et cogat ab eo. est implicatio cōtradictiōis. quia necessitas coactionis est contraria voluntati. vt in. v. methaphi. dicit philosophus. Eo ꝙ voluntarium est cuius principium est ab intra. Uiolentu₃ autem est cuius principiū est ab extra. vt dicit philosophus in. iij. ethicorum. Ergo etia₃ post peccatum remanet voluntas libera ad non peccandum. vel peccatum sequens vitandum. Hec. b. Tho. in. ij. sniarum di. xxv. Raynerius. Ad hoc etiam facit quod dicitur di. xlv. de iudeis. vbi sic habetur. Sicut homo propria arbitrij volūtate serpenti obediens perijt. sic vocante se gratia dei propria mentis conuersione quisq͂ credendo saluatur. Ergo non vi sed liberi arbitrij voluntate et facultate: vt conuertantur suadendi sunt: non potius impellendi. Hec ibi. ℂ Secundo liberum arbitrium considerari potest vt confirmatum in bono. Et ex natura quidem nō

Liberū arbitrium est debilitatū in modo.

potest liberum arbitrium esse confirmatum in bono. Et q̄ nulla creatura rationalis habeat liberum arbitrium confirmatum in bono ex sui natura. ¶ Probatur primo ex ipsius inventione. Nam liberum arbitrium non invenitur in aliqua creatura nisi in angelo ꝛ in homine. Sz tā homo q̄z angelus peccavit. ergo nullius creature liberum arbitrium est naturaliter confirmatum in bono. Secundo idem probatur exēpli inductione sic. Proprietas nature superioris non potest inferiori nature naturaliter convenire nisi in superiorem naturaz convertatur. ut verbi gratia. Sicut non potest fieri q̄ aqua naturaliter sit calida: nisi convertatur in naturam ignis. Sed habere indefectibilem bonitatem est proprietas divine nature. ergo non potest esse q̄ alicui alij nature conveniat naturaliter: nisi in divinam naturam convertatur quod est impossibile. ¶ Tertio probatur idem ratione tali. Quelibet creatura cum non sit vel cum non habeat per se esse: est ex nihilo procedens. ꝛ ideo flexibilis ꝛ ex se ad nihiluz tēdēs. ¶ Preterea cum nulla creatura sit bonum universale sed particulare. ex se est contrarij. idest mali suscipiens. Solus autem deus est naturaliter impeccabilis. tum quia ipse est bonū essentiale ꝛ actuale nullius potentie permixtionem recipiens. tum quia ipse est bonum universale nulla perfectione carens. tum quia ipse est nec esse incipiens. nec ad non esse tendens vel esse desinens. Et ideo solus deus habet liberuz arbitrium naturaliter impeccabile ꝛ confirmatuz in bono. beatus. Tho. in questionibus de veritate. Rarnerius. ¶ Ex gratia autez potest liberum arbitrium confirmari in bono etiam in statu vie. Et hoc probatur exempli inductione. ratione ꝛ distinctione. ¶ Exempli inductio patet in beata virgine Maria que in statu vie ita fuit confirmata in bono ut deinceps peccare non posset. Et merito competebat: eo q̄ beata virgo erat mater sapientie divine: in qua nihil coinquinatum incurrit. Sap. vij. Probatur idem per exemplum apostolorum: qui per adventuz spiritussancti fuerunt confirmati in bono. Quod etiam decuit: quia erant quasi fundamentuz: ꝛ basis totius ecclesiastici edificij. Unde oportuit eos esse firmos. ¶ Secundo probatur hoc idē ratione sic. Tunc homo habet liberuz arbitriuz in bono confirmatum quando bonuz perfectū quod deus est menti humane est unitum. Sed deus menti humane unitur per gratiaz nō autem per naturā. ergo liberū arbitriuz ꝯfirmari potest per gratiā nō p̄ naturā. ¶ Confirmatur hec ratio per exēplū in humano corpore. Quia corpus humanū habet ex sui natura qd̄ sit corruptibile. sed dono gratie efficit incorruptibile

Nulla creatura de se est confirmata ī bono.

Ex gratia creatura potest confirmari ī bono.

prima Cor. xv. Oportet hoc corruptibile induere icorruptionē. Ita liberū arbitriuz hoīs qd̄ ex sua nā hēt q̄ sit flexibile in malū: p̄ grāz pōt in bono ꝯfirmari. Exēplū aliud iduci pōt. s. de aere ꝛ de luce. Sicut enī aeri nālr repugnat q̄ sit actu lucidus. nō tn̄ q̄ possit illuminari. ita repugnat libero arbitrio ex eo qd̄ est ex nihilo: qd̄ sit nālr ꝯfirmatū in bono: nec ħ ei nisi p̄ grāz ꝯcedi pōt. Et sicut lux supveniēs aeri aufert obscuritatē aeri: quā sine luce hēt nālr. ita ex defectu liberi arbitrij est q̄ in malū flecti pōt. Et hūc defectū aufert grā pficiēdo nām liberi arbitrij cōfirmās ipm in bono. ¶ Tertio pbat ħ distinctione sic. Dupliciter aliqs est pfect⁹. s. sm q̄d ut in via qn̄ qs hēt fidē ꝛ charitatē: sm modū vite p̄sentis. ꝛ simplr ut in patria qn̄ perfecte diligit deū. Nec tn̄ in via aliqs oīno pfect⁹ est ut in patria. Ita aliqs pōt esse ꝯfirmat⁹ in bono in via q̄ tn̄ nō est ꝯfirmat⁹ oīno in bono ut in patria. Verbi grā. Aliqs hēt liberū arbitriū ꝯfirmatū in bono duplr. Uno mō simplr: ita q̄ oīno peccare nō pōt. Sicut beati q̄ sūt in p̄ria hn̄tes in se sue firmitatis sufficiēs pncipiū. s. donum glorie. ex quo oīno peccare non possunt. Alio modo dicunt aliqui cōfirmari in bono. per hoc q̄ eis datur donum divine gratie: quo ita inclinātur in bonū q̄ nō defacili possunt deflecti a bono. non tamen per hoc donum retrahuntur a malo q̄ oīno peccare nō possint: nisi divina p̄videntia custodiēte. ꝛ hoc mō aliquī in statu vie possunt confirmari in bono. s. ex dono gratie. ꝛ nō primo modo. s. ex dono glorie: ut in statu patrie. Et ratio est. q2 non pōt aliqs oīno impeccabilis reddi nisi auferat totaliter oīs origo peccati. Quod non contingit in statu vie nisi in domino Jesu qui simul erat viator ꝛ comprehensor. Et nota q̄ q̄zvis liberū arbitrium hominis naturaliter possit flecti ad malum non tamen sequitur q̄ gratia superveniens si tollat istam flexibilitatem ad malum: q̄ propterea destruat naturam. Non enim per hoc destruit nām: sed perficit eam. Naz ex defectu nature liberi arbitrij est q̄ flecti possit ad maluz. Sed gratia hūc defectum a natura aufert: perficiēdo naturam ꝛ in bono confirmando. Item posse peccare: ꝛ tamen non peccare nō facit ad merituz. sed ad manifestationem meriti inquātum ostenditur per hoc opus bonum esse voluntariuz: propter quod in laudem viri iusti dicitur. Qui potuit trāsgredi ꝛ nō est trāsgressus. Et ideo si ex grā cōferat alicui q̄ nō possit peccare: non propter hoc minuit virtus meriti bea. Tho. in questionibus de veritate Rarnerius. ¶ Tertio liberū arbitrium considerari potest ut obstinatum in malo. Quod potest intelligi dupliciter scilicet vel in vita p̄senti vel in vita futura. Sed obsti-

Dupl̄r aliqs ḡra cōfirmat.

Eccl. xxxj.

Quomō li. ar. pōt in malo esse obstinatum.

natus in malo potest dici quis dupliciter. Importat eni obstinatio quandaz firmitatē animi in peccatoꝝ qua reuerti nō pt. Sed ꝙ quis nō possit reuerti a peccato pōt intelligi vno modo scꝫ inquantū vires sue nō sufficiunt ad hoc ꝙ liberet a pctō totaliter. ⁊ sic in mortale cadens dr̄ non posse a peccato resurgere ⁊ ad iustitiā redire. Sed ex ista firmitate in peccato non proprie quis dr̄ obstinatꝰ. Alio modo hꝫ quis firmitatem in pctō. ita ꝙ nec coopari pōt ad hoc ꝙ a pctō resurgat. Et sic de isto nō posse cooparí ad resurgēdū intelligit: quo ad facilitatē. i. qꝛ nō de facili pt coopari ad hoc ꝙ exeat a pctō Sic est obstinatio imperfecta in vita presenti. dum scꝫ aliquis hꝫ animū firmatum in maluz: ꝙ in eo non surgūt motꝰ ad bonū nisi debiles. sꝫ qꝛ aliqui surgunt ex eis datur via vt preparet quis ad grām. Si aūt non posse coopari ad resurgendum a pctō: intelligitur simpliciter. ita scꝫ ꝙ nullo modo pōt cooperari ꝙ exeat de pctō. sic est pfecta obstinatio qua demones obstinati sunt ⁊ damnati. ¶ Hoc aūt mō non pōt

Nullus in via est perfecte obstinatus. liberꝝ arbitrium esse in via obstinatum. Quod probat autoritate: similitudine: ⁊ rōne. ¶ Autoritate primo probat. Nam sup illud ad Ro. ij. ſm duriciam tuam ⁊ impenitens coꝛ tuū ⁊c.

Primo Dicit Aug. ⁊ habet in glo. ꝙ ista impenitentia vel coꝛ impenitens q̄diu qsqꝫ in hac carnē viuit iudicari non pōt. De nullo enim despandū est q̄diu patiētia dei ad pniaꝫ expectat. Et subdit. Paganꝰ ē hodie. Judeꝰ īfidelis ē hodie. hereticꝰ ē hodie. scismaticꝰ ē hodie. Quid si cras amplectat catholicā vītatē ⁊ pacē: ⁊ sequat catholicam fidem ⁊ vnitatē veritatis. Quid si isti quos in quocunqꝫ genere erroꝛis dānas tanq̄ despatissimos anteq̄ finiāt vitā agant penitentiam in futuro inueniāt veram vitā. Nolite ergo anteq̄ veniat tempus iudicare. Hec ille. Et leo papa. Nemo est despandus dum in hoc coꝛpoꝛe constitutꝰ est. qꝛ nōnunq̄ quod diffidēta etatis differt consilio maturioꝛi pficit. de pe. di. vij. Nemo.

Secundo. ¶ Scḋo pbat idē rōne sic. Quod qs peccat: aut peccat ex rationis erroꝛe: aut ex passione: aut ex habitꝰ inclinatione. Et si quidē peccat hō ex erroꝛe rōnis: qꝛ non in generali sꝫ in particulari errat. tunc rō nō ita pertinaciter inheret falso: qn per 9ᵃriūm rōnem a tali pctō auerti possit. Si vero ex passione peccat passio resoluit ⁊ repꝛimit: ⁊ sic a pctō auertit. Si aūt peccat ex habitꝰ inclinatione. Tūc qꝛ totaliter habitꝰ animā nō corrūpit pōt a pctō auerti. Et sic pꝫ ꝙ quocunqꝫ modo vel motiuo qs peccet

Tertio. pōt a pctō libari ⁊ penitere. ¶ Tertio ondītur idē siītudie morbi. Nā morbꝰ pt eē icurabilis tribꝰ ex causis. Pꝛīa pp naturā morbi vt lepra ⁊ hmōi. scḋa propter impitiam medici. tertia ppter idispositionē sbiecti. Sꝫ morbꝰ spūalis viatoris hois. s. peccati. nō est icurabilis ex prīma causa. s. ex nā morbi: qꝛ nō puenit ad terminū malitie. Neqꝫ ex scḋa causa. s. imperitia medici. qꝛ deus scit ⁊ pōt omne pctm̄ curare. Unde ex septima sinodo habet. Oēm pniam recipit deus. Et isra. Bonus in oibꝰ deꝰ ⁊ apta viscera eius oi penitēti. j. q. vij. Si qs oēm. Neqꝫ ex tertia causa. s. indispositione hois. qꝛ sicut p aliū in pctm̄ cecidit: ita p aliū resurgere pōt. Ergo in statu vie nullus pōt esse ita obstinatꝰ. seu īmutabiliter firmatꝰ in malo: qn resurgere possit ⁊ liberari. Unde cris. Etiā si ad sūmū qs peruenerit maloꝝ. ⁊ inde reuerti velit ad vtutis viā: suscipit deus libēter. amplectitur ⁊ oia facit vt ad poꝛē reuocet statū. de pe. di. iij. Talis. Raynerius. ¶ Sed in alia vita. s. in iferno liberꝝ arbitriū est oīno firmatū īmutabiliter in malo. Et hoc pbat auctoꝛitate. 9ᵃrarietate. ⁊ rōne. ¶ Auctoꝛitate qdē Eccl. xj. Ubi ceciderit lignū. i. hō p mortē. siue ad austrū siue ad aqlonē. i. siue in statu grē siue in statu moꝛtalis pcti. ibi erit. s. īmutabilit. Et lu. xvj. dixit Abraaꝫ. Chaos magnū firmatū est iter nos ⁊ vos ⁊c. qḋ est imutatio statꝰ. Et damascenus. Qḋ est hoi moꝛs hoc est angelis casus. sꝫ hoies post mortē nō sūt capaces pnie. Ergo nec angeli post casuꝫ. ¶ Secūdo pbat hoc 9ᵃrarietate sic. Felicitati beatorū opponit miseria dānatoꝝ. Sꝫ ad felicitatem btōꝝ ptinet: ꝙ habēt liberū arbitriū ita firmatū in bono. ꝙ nullo mō pñt deflecti in malū. ergo etiā ad miseriā damnatoꝝ ptinet. ꝙ ita sint obstinati ⁊ firmati in malo ꝙ nullo mō pñt deflecti in bonū. ¶ Tertio pbat ideꝫ rōne. ¶ Et pma rō ad hoc est ex defectu pnie sic. Nō pꝫ reditꝰ de pctō in bonū: nisi p pniam. Sꝫ in agēte malū ex certa malitia: ⁊ decedēte in ipso nō cadit pnia. ergo est īmutabiliter 9firmatꝰ in malo. ¶ Alia rō est ex defectu grē sic. Sicut grā superinfusa 9firmat liberū arbitriū in bono. ita diuina grā exclusa firmat liberū arbitriū i malo. Sꝫ in eo q decedit in moꝛtali est grē puatio ⁊ 9clusio. igit talis sic decedēs penitere nō pōt. ¶ Tertio pbat ex effectu diuine iustitie sic. Justitia diuina exigit: vt sicut glia beatoꝝ est pfecta ⁊ ppetua: ita dānatorū pena ⁊ miseria ppetua sit. qꝛ vt dr̄ Math. xxv. Ibūt hi in supplicium eternū: iusti aūt in vitā eternā. Ergo liberū arbitriū demonū ⁊ dānatoꝝ est ita firmatum in malū ꝙ ad bene volēdū reuerti nō pñt. ¶ Et si arguat sic in 9ᵃriū. Foꝛtioꝛ est charitas q̄ cupiditas ad peccatū pertrahens. Juxta illud qḋ dicit glo. sup illud. Bonū mihi lex oris tui: super milia auri ⁊ argenti. Sed demones vel homines charitate in peccatū ceciderunt. Ergo multo foꝛtius a peccato redire possunt ad charita

In alia vita liberi arbi. est firmatū imutabilit.

tem:⁊ a malo ad bonū. ℂ Rñdeo ꝙ charitas est fortior ꝙ̄ cupiditas vel peccatū si fiat cōparatio bm eundē modū habēdi: vt.s. vtrūq3 accipiat. vel in via vel in termino vie. Sed si vnū3 accipiatur in via: aliud in termino vie. non sic est qđ sic patet. Quia charitas viatoris est fortior ꝙ̄ cupiditas viatoris. Sed existēs in termino malitie firmius se habet:⁊ firmius inheret. Potest etiā dici ꝙ demones nunꝙ̄ habuerunt charitatē bm quosdā. ad qđ facit de pe.di.ij.c. Principiū. Uel si habuerūt nunꝙ̄ eā nisi sicut in statu vie habuerūt. Hoīes aūt dānati sūt cadere nō potuerūt nisi a charitate seu grā viatoris. Hec.b.Tho.in qōne de vītate. Raynerius.

ℂ Notandū etiā .§.vij. ꝙ libertas arbitrij excludit coactionē: includit electionē admittit variationē. ℂ Quātum ad primū.s.ꝙ liberū arbitriū excludit coactionē3 declarādū. notāda est distinctio quā facit magister sniar.ij.li.di.xxv. de libertate. Dicit eni ꝙ est triplex libertas arbitrij.s.a necessitate. a peccato. ⁊ a miseria. Rō huius distinctiōis bm.b. Tho. est ista: q2 coactio quā excludit libertas ē duplex. Quedā est pfecta ⁊ sufficiēs que dī cōpulsio. ⁊ sic pma libertas est a necessitate vel coactiōe que libertas a coactiōe p se ⁊ semp sequitur liberū arbitriū. Uñ dicit magister sentē. ibidē ꝙ liberū arbitriū ⁊ ante peccatū ⁊ post eque liberū est a coactiōe. q2 sicut ante peccatū cogi nō poterat. ita nec mō. Jō ꝙ volūtas merito apđ deū iudicat ꝙ̄ semp a necītate liba ē ⁊ cogi nō pōt. Ubi necessitas: ibi libtas nō ē. Ubi libtas nō est: nec volūtas ē. ⁊ iō nec meritū. hec magister ibidē. Quedā vo coactio est impfecta ⁊ insufficiēs: que potius impulsio ꝙ̄ coactio dicit. Et hec est duplex. Una est īpulsio: que p se liberū arbitriū īpellit vel impedit: sicut habit⁹ ⁊ dispositiōes que sūt in aīa. Et sic est libertas a peccato. De qua.ij. Cor.iij. dicit aplš. Ubi spūs domini: ibi libertas. ⁊ veritas ī euāgelio Jo.viij. Si filī⁹ vos liberauerit vere liberi eritis. Que libertas a pctō: ⁊ si post pctm̄ nō tollit. tm̄ debilitat. Scđa coactio impfecta que ipulsio dī: ipellit vel īpedit liberū arbitriū p accidēs. sicut impotētie ⁊ penalitates que sūt ex pte corpis vsū3 liberi arbitrij īpediētes. ⁊ sic est libertas a miseria. De qua aplš ad Ro.viij. Jpsa creatura liberabit a seruitute corruptionis in libertatē glie filioꝝ dei. Ubi notādū ꝙ nulla miseria vel penalitas corpis libertatē illā que est a necessitate coactionis excludit. eo ꝙ nunꝙ̄ ad tantā miseriā vel penalitatē corpis deuenit: ꝙ liberū arbitriū cogi possit. b. Tho. in scrip. sup.ij. sentē. di.xxv. Raynerius. ℂ Contra pdicta occurrit triplex obiectio. ℂ Prima est talis. Greg. dicit ꝙ peccatū3 qđ p pniam non diluitur: mox suo pōdere ad aliud trahit. Cū ergo tractio sit qdā3 motus violentus bm phm. ergo videt qđ cogi ad peccatū. Rñdeo bm be. Tho. in qōnibus de veritate: ꝙ peccatū cōmissū3 nō trahit cogēdo voluntatē sed inclinādo. inquātū priuat grā p quā fortificabat ꝯtra pctm̄. ⁊ inquātū etiam ex actu peccati relinquit dispositio ⁊ habit⁹ in aīa. ℂ Secundo arguit sic. Quicūq3 vincit: ab aliquo cogit. Sed bm phm incōtinēs vincit a passionib⁹. ergo passiōes cogūt voluntatē. Rñdeo ꝙ incōtinēs dicit vinci a passionib⁹. nō ꝙ passiones cogāt. ⁊ imutent necessario volūtatem. aliogn incōtinēs nō esset puniēdus. Sed dicit talis vinci a passionib⁹: inquātū ear īpulsu voluntarie cedit. ℂ Tertio arguit p hoc qđ dixit paterfamilias Lu.xiiij. cōpelle intrare. Intrat aūt ad cenā patrie p volūtate3. ergo p angelū q est minister dei volūtas pōt cogi ad aliqd. Respondeo ꝙ illa cōpulsio nō est coactionis. s3 efficacia persuasionis per aspera vel leuia. Unde Greg. Qui huius mūdi aduersitatib⁹ fracti ad dei amorē redeunt cōpellunt intrare. Raynerius. Ad hoc etiā pulchre facit qđ habet.xxiii.q. iiij. Displicet. Et.q.vi.§.vltimo. ℂ Scđo libertas arbitrij includit electionē tanꝙ̄ imediatū: ⁊ ppriū actū eius. Et bm hoc Berñ. distinguit libertatē in libro de libero arbitrio sic dicēs. Est triplex libertas.s. arbitrij consilij. ⁊ complaciti. Ratio huius est: q2 cū liberū arbitriū3 includat electionē:⁊ nihil sub electione cadat nisi bm ꝙ hēt aliquā rōne3 boni bm diuersos gradus bonitatis in humanis actib⁹. Berñ. diuersos gradus libertatis seu diuersas libertates distinguit. Ut verbi grā. ℂ Primo in humanis actib⁹ est aliqd bonū. q2 licitū qđ.s. nulla lege phibet ⁊ respectu istius boni liciti dicit libertatē arbitrij: q2 iudicio nostro consistit vt hoc sequamur vel nō. Ubi nota ꝙ liberū arbitriū hēt officium iudicis ⁊ arbitri. Primo habet officiu3 iudicis ⁊ hoc quo ad rōnem q2 sicut iudex in iudicādo debet sequi leges ⁊ arctat ad sequēdū eas. sic liberū arbitriū habet officiu3 iudicis quo ad rationē quia inqstū deliberat debet sequi leges. Scđo īquātū liber arbitriū libē vult t3 formā3 arbitri. Hoc eni ad volūtatē ptinet: libē h vl illud velle vel eligere. Et ideo magis dicit liber arbitriū ꝙ̄ iudiciū. ℂ Scđo est aliqd in humanis actib⁹: qđ nō tm̄ est licitū s3 etiā vtile. Quia oīa mihi licent: sed nō oīa expediūt vt dicit apostolus.j.ad Cor.vi. Et bm hoc assignat ⁊ distinguit Berñ. libertatē cōsilij. Nā cōsiliū est de meliori bono: qđ est expediēs ad salutē. ℂ Tertio in humanis actib⁹ est aliquid bonū eligendū qđ delectat. Et respectu hui⁹ assignat Berñ. libertatē cōplaciti. Unde dicit ibidē Berñ. ꝙ li

Marginal notes (left): Libertas ar. excludit coactionē — duplex est coactio. — Argumēta in oppositum.

Marginal note (right): Liberū arbitrium includit electionem.

bertas arbitrij habet discernere quid liceat. Libertas arbitrij habet pbare quid expediat. Libertas arbitrij habeat experiri quid libeat. Hec Tho. super. ij. sen. di. xxv. ¶ Tertio dico q liberum arbitrium admittit .i. habet variationem. Et cum sit triplex libertas vt dictum est liberuz arbitrium quantum ad libertatem que a necessitate seu coactione compulsiua per se non augetur vel minuitur: sz equaliter habetur: quia hoc est nāle z essentiale libero arbitrio. vt sufficienter non cogatur coactione compellente. Et hoc. s. non posse sufficienter cogi z compelli. sequitur liberum arbitriuz in quolibet statu. s. ante peccatum z post peccatum. Non ergo per se augetur vel minuitur libertas arbitrij. sed per accidēs tm̄ idest ratione nature in qua inuenit z quam liberum arbitriuz consequitur. Et hoc sic probatur. Omnis proprietas que consequitur aliquam naturam quanto illa natura in aliquo inuenitur nobilius: tanto etiam illa pprietas perfectius participatur ab illo. Sm quē modum homo dicitur minus intelligens q̄z angelus. Unde quia libertas arbitrij consequit naturam z potentiam intellectus: z voluntatis. z hec perfectissime sunt in deo. z in angelo nobilius q̄z in homine. Ideo libertas a necessaria coactione perfectius reperitur z nobilius in deo q̄z in angelo. z in angelo q̄z in hoie: z in vno angelo magis q̄z in vno alio. Unde patet q libertas arbitrij nō variatur ex parte sue nature vel essentie sed p accidens. s. ex parte sue cause: que est intellectus z voluntas. Nam sm q natura inuenitur itellectua nobilius in vno q̄z in alio vel minus nobilius. sic libertas ista intenditur vel remittitur. ¶ Libertas secunda que. s. est a peccato contraria coactioni imperfecte z insufficienti. que impulsio vel dispositio nuncupaf. vt sunt habitus z dispositiones interiores peccatoruz. augetur talis libertas vel minuitur in homine sm diuersos actus. Quod sic declaratur. Libertas ista a peccato est cōmunis triplici statui hois. s. in innocentia. in reparata gr̄a. in gloria. Et tamen augetur z minuitur ante peccatum z post peccatum. Unde magister sententiaruz li. ij. di. xxv. Semper voluntas hominis libera est: sed non semper bona est. Non enim est bona nisi a peccato liberata fit. z subdit. Libe x ergo arbitrium cum semper z in singulis sit bonum. non tamen est pariter liberum in bonis z in malis. z ad bona z ad mala. Liberius est enim in bonis vbi liberatum est. s. a peccato per gratiam: q̄z in malis vbi liberatum non est z liberius ad malum quod per se agit q̄z ad bonum quod nisi gratia adiuuetur z liberetur nō potest. Hec magister. In statu innocentie poterat homo peccare z non peccare. In statu nature repate pōt peccare z nō pōt nō peccare saltez venialif. In statu glie poterit nō peccare: z non poterit peccare. Sed in statu nāe destituta gr̄a nō potest peccare: etiā mortalif. i. nō esse in mortali quod cōmisit. quia ex se nō potest exire. vel non potest difficulter non incurrere alia mortalia: semper tamen voluntas a coactione est libera. ¶ Libertas a miseria que est contraria coactioni imperfecte z insufficienti. que dicitur impellens vel inducens. sicut sunt penalitates exteriores vt fames. sitis infirmitas corporalis. mutabilitas mentis. tentatio hostis z huiusmodi. non est eque in omnibus hec libertas. sz sm magis z minus reperitur in diuersis. Naz perfectissime in deo: post deum maxime in angelo bono. minor in hoie bono. minima in homine malo. nulla in demone vel dānato homine. vt dicit magister sententiarum di. xxv. Omnis tamen miseria mentis z corporis quātūcūq magna: necessitatē coactionis semp excludit. q: nū q̄z in statu vite presentis ad tantam miseriā deuenitur mentis vel corporis vt liberū arbitriuz cogi: possit alias non diceref liberū nec efficeretur meritoriuz vel demeritorium beatus Tho. sup. ij. Sen. Raynerius. ¶ Hinc Ambrosius. Quorum nos dn̄i sumus. s. actuum nostroruz z peccatorum eorum principia extrinsecus nō requiramus. nec deriuemus in alios sed agnoscamus que pprie nostra sunt. quod possumus non facere si volumus. Huiusmodi electionez mali nobis potius debemus ascribere q̄z alijs. Ideo z in iudicijs istiusmodi voluntarios non necessitate compulsos. culpa constringit. pena condemnat. xv. q. j. c. Illa. z. §. j. eiusdez questionis dr. Ex volūtate pctō pcedūt: que libera mētis arbitrio z delinquēdi pposito cōmittunf.

¶ Notanduz etiā . §. viij.

q quadruplex est libertas. s. puersa. mundana. vera. z plena. Libertas puersa est quando quis abutitur libertate ad peccandū. Et hec libertas a iustitia est: quā nullus fugare cogitur. de qua j. petri. ij. dicif. Quasi liberi z nō quasi velamē habentes. i. quo maiori libertate vtimini apud homines eo liberius diuino famulatui subiugati sitis. Et subdit. Non quasi velamē habentes. Glo. q: ex hoc q liberi sunt multi. se velant z defendunt peccata. Alia glosa. Et nō habētes velamē malitie: vt tāto licentius peccetis. quāto iugo seruitutis dei munimini. Et addit apostolus. Sz sicut serui dei. glo. Seruitus dei humilitatē z puritatē a culpa requirit. ¶ Secunda libertas que dicitur mundana seu humana est qua quis alterius est domino non subiectus De qua Job. iij. Seruus z liber a domino suo s. in alia vita. Et prima ad Corinth. vij. Seruus

Liberū arbitrium hēt z admittit variationem

Libertas peruersa.

Libertas mundana.

vocatus es non sit tibi cure. sed si potes magis vtere libertate. Seruitus huic libertati contraria inducta est de iure gētiū. vt patet di. j. Jus gētiū. Originata in iure diuino ex irrisione. Noe facta a filio eius Cham Gen. ix. Maledict⁹ chanaan: seruus seruoꝝ erit fratrib⁹ suis. Et Ambrosius. Nō esset hodie seruitus si ebrietas nō fuisset. di. xxxv. c. Sexto die. Iure humano confirmato canonico ⁊ ciuili. Hec libertas multuz appetitur. quia non bene pro toto libertas venditur auro. Sed propter peccata multipliciter perditur. vt patet de populo israel. qui ex libertate frequenter propter scelera est seruituti addictus Judi. p totū.

Libertas vera ⁊ spiritualis

¶ Tertia libertas est vera ⁊ spiritualis que est libertas gratie. s. carere criminibus. Et est illa ꝯtraria male seruituti. s. peccati. De qua Christus Jo. viij. Oīs qui facit peccatum seruus est peccati. Ubi tria nota. Primo dictio generalis. ibi. Ois. s. diues ⁊ pauper. iudeus ⁊ grec⁹. ꝑpator vel vasallus. Nō ē eni distinctio iudei ⁊ greci: oēs eni peccauerūt. Qui oia dic: nihil excludit. dist. xix. c. Si romanoꝝ. Scđo tāgit trāsgressio crimialis: ibi. q facit peccatū: ⁊ nō solū q facit sꝫ ⁊ q ꝯcupiscit. Peccatuz eni est bm Aug. volūtas retinēdi vel ꝯsequēdi qđ iustitia vetat. Qđ semper liberū est abstinere. xv. q. j. §. j. Tertio notat ꝯditio vilis ⁊ penalis: q seruus est peccati. Hiere. ij. Quā vilis facta es nimis iterās vias tuas. Uilissima aūt huius seruit⁹. q: cum pctm nihil sit in reꝝ nā. Huius seruitio peccator addicit. ij. petri. ij. A quo quis victus est ei seruus addict⁹ est. Sꝫ peccator vincitur a vitijs. ergo ⁊c. Et dicit Ansel. q peccatū nō hēt vnde dominet homini: q: peccatum est quidā defectus seu priuatio modi. speciei ⁊ ordinis. Sꝫ tn homo hēt vnde sit seruus peccati. s. volūtatis ꝯsensum. Unde Aug⁹. sup Jo. sup dicta auctoritate. Ois qui facit pec. ⁊c. O miserabilis seruitus. Seruus hois aliquādo sui dñi duris imperijs fatigatus fugiēdo requiescit. Seruus autē pcti quo fugit secum trahit quocūqꝫ fugerit. Peccatū eni qđ facit ītus est. voluptas transijt. pctm nō trāsit. preterit qđ delectat. remanet qđ pungat. Solus de peccato liberare pōt qui venit sine pctō. Propterea dixit Jo. viij. Si liberauerit vos filius: vere liberi eritis. Licet aūt ista libertas a crimie sit vera. est tamē in presenti imperfecta. q: vt ait aplus ad Gal. v. Caro ꝯcupiscit aduersus spm. ⁊ spi. aduersus carnē. vt nō quecūqꝫ vultis faciatis. Ubi tria oñdit. s. Pugnā. Causam. ⁊ Sequelā. ¶ Primo ostēdit pugnā dicēs. Caro ꝯcupiscit aduersus spm. i. bm glo. Augu. Aia carnali cōcupiscētia spiritui reluctat: que carnalis ꝯcupiscetia nō est in carne sola: nec in aia sola. sed in vtroqꝫ: q: sine carne ⁊ aia nulla delectatio sentitur. s. corporalis. Sicut videre non est solum oculi nec anime sed coniunctim. Et est ista pugna bm Ambr. in glo. magna. continua. ⁊ periculosa. Magna: quia contra spiritum vbi maior debet et esse concordia. Continua. quia semper est noua contra spiritum. Et periculosa. q habet multos impulsores: vt diabolum ⁊ mundum. Ps. Uie illorum tenebre ⁊ lubricū: ⁊ angelus domini persequens eos. Secundo ostendit apostolus pugne causam dicens. Hec sibi inuicem aduersantur. quia caro vult seruire vitijs: spiritus virtutibus. Caro infirma: spiritus promptus. Ratio seu spiritus disponit macerare corpus ⁊ subijcere seruituti. ⁊ caro vt seruus inutilis ⁊ piger conqueritur. Figura in Sarra vxore Thobie que cum reprehenderet ancillā conquesta est inferens ei contumeliam: dicens eam interfectricem virorum suorum septem. s. mortificatricem quinqꝫ sensuum ac etiam fantasie ⁊ intellectus Thobie. iij. Ostendit apostolus pugne sequelam: subdens. Ut non quecūqꝫ vultis illa faciatis. glo. idest illa facere punitamini. Juxta illud apostoli. Uelle adiacet mihi perficere non inuenio. Ad Ro. vij. Glo. Ambro. i. Uelle est in nobis ex libero arbitrio. Et dicit adiacet. i. iuxta carnem iacet. quia naturale est quodāmodo velle bonum per rationem naturalem: sed perficere non. quia facere bonum meritoriū solū ex gratia dei. Uel sic bꝫ alios seu aliā expositionē Uelle adiacet mihi. i. liberum arbitriū post pctm tanqꝫ infirmū iacet iuxta carnem impotēs per se resurgere ad bonū operanduz.

Libertas pfecta est.

¶ Quarta ⁊ vltia libertas est libertas plena atqꝫ perfecta. s. libertas glorie que erit in patria. De qua apostolus ad Ro. viij. Ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis in libertatē glorie filiorū dei. Et hoc erit: quia nihil erit ibi inclinans ad malum. Nihil opprimens q ibi erit libertas a culpa ⁊ pena. Ad Gal. iiij. Illa que sursum est hierusalem que est mater nostra libera est. Libertas itaqꝫ plena ⁊ pfecta erit quando nulle erunt inimicitie quando nouissima inimica mors destruetur. Hec tho. in postilla super Jo. super illud Jo. viij. Si ergo liberauerit vos filius ⁊c. ¶ De hac libertate a miseria ⁊ culpa Albinus in sermone. Quid hac vita beatius vbi non est paupertatis met⁹: nec egritudinis imbecillitas. Nemo ibi leditur. nemo irascitur. Inuidet nemo. Cupiditas nulla exardescit. Nullum cibi desiderium. Nulla honoris aut potestatis pulsat ambitio. nullus ibi diaboli metus. Inuidie nulle: terror gehēne procul. Mors neqꝫ corporis neqꝫ anime. sed immortalitatis munere vita iocunda. nulla erit tunc discordia: sed cuncta consona iocunda sunt omnia. iugis splendor.

¶ Notandum etiã .§.ix.

Liber arbitri um põt inclina ri vel i/ mutari

q liberum arbitrium ꝛ si cogi nõ possit vt di/
ctum est. põt tñ inclinari: inmutari: determina/
ri ad aliquid volẽdum vel agẽduz. ¶ Primo
qdam põt liberum arbitrium inclinari vel in/
duci ad aliqd volẽdum vel agẽdum: per aliq̃s
dispositiones vel habitus ex quibus promoꝛ

Primo

efficitur ad eligẽdum alteram partem. Tho. in
scrip. sup. ij. senten. Ad qd facit qd dicit Aug.
super ps. Cum per timoꝛẽ gehẽne ꝯtinet se ho
mo a peccato. fit paulatim cõsuetudo iustitie. ꝛ
incipit qd durũ erat amari. ꝛ incipit excludi ti/
moꝛ a charitate ꝛ succedit timoꝛ ille sanctus q
pmanet quo timem⁹ ne tardet: ne discedat: ne
eo c.reamus. xxiij. q. vj. c. si. §. Cũ per timoꝛez.

Scdo

¶ Scdo volũtas põt imutari. Et hoc vel a se/
ipsa vel ab obiecto vel a deo. Immutaf pꝛimo
volũtas a seipsa cũ modo vult vnũ: modo aliũ.
Unde Aug. Nihil tam est in nostra ptãte sicut
volũtas ipsa. Uolũtas nostra nec volũtas eẽt ni
si in nostra ptãte eẽt. Poꝛro qꝛ i nostra potesta/
te est: libera est. Immutatur scdo volũtas ab
obiecto ꝺm diuersitatem obiectoꝛum: que sibi
representanf p cognitiuã. Et ta'is mutatio fit i
ea occasionaliter ab aliqua creatura representã

Tertio.

te obiectum. ¶ Tertio imutaf voluntas a deo.
Nã deus imutat volũtatem dupl'r. Uno modo
mouẽdo solum volũtatem. nõ impꝛimẽdo in/
quãtum. s. voluntatem mouet ad aliqd volen/
dum absq3 hoc q impꝛimat aliquã foꝛmã vo/
lũtati. sicut sine appositione habitus. Qñq3 ds
facit vt volũtas modo velit aliqd qd pꝛius nõ
volebat. Iuxta illud. Coꝛ regis in manu dei ad
quodcũq3 voluerit vertet illud. Alio mõ imu/
tat volũtatem ipꝛimẽdo aliquã foꝛmã in ipaz
voluntatẽ. Sicut enim ex ipsa natura quaz d.⁹
dedit velũtati inclinatur voluntas naturalr ad
aliqd volẽdum. ita ex aliquo superaddito. s. ali
qua foꝛma quã impꝛimit. Et aliqñ qdem imp/
mit foꝛmam imꝑfecte. vt cum dat grãm de no/
uo viatoꝛib⁹. ꝛ sic inclinaf volũtas ad aliquid
volendum. nõ tñ necessitate semp. Aliqñ imp/
mit perfecte. s. conferendo gloꝛiam sicut i bea/
tis in quibus voluntas inclinatur semp ꝛ suffi
cienter per charitatem perfectam in bonũ. non
solum q̃tum ad vltimum finem sed etiã q̃tũ
ad ea que sunt ad finem. Hec be. Tho. in qõni/
bus de veritate. Cum autem deus imutat vo/
luntatem: nõ cogit eam. sed facit vt pceden/
ti inclinatiõi succedat alia inclinatio. Et ita q
pꝛima auferatur ꝛ secũda inducatur ꝛ maneat
Unde illud ad qd inducit voluntatem non est
cõtrarium inclinationi iam existenti. sed incli/
nationi que pꝛius inerat. Unde nõ est violẽtia
nec coactio. Uerbi gratia. Lapide ratione sue
grauitatis iest iclinatio ad locũ deoꝛsum. Hoc
aũt inclinatione manente si pꝛoiciatur sursuz
erit motus violẽtus. Si aũt deus auferat lapi/
di iclinationem grauitatis ꝛ det iclinationem
leuitatis: tũc ferri sursuz nõ erit ei violẽtum:
ꝛ ita imutatio motus põt esse sine violẽtia. Et
per hũc modũ itelligenduz est q deus imutet
volũtatem sine hoc q cogat eã. Cuius rõ est qꝛ
põt deus imutare volũtatẽ: ex quo q ipse i vo/
lũtate operaf sicut i natura etiã. hec. b. tho. i que
stiõibus de veritate. q. xxij. ¶ Tertio volũtas
pt determiari ab obiecto ad volẽduz aliquid
determiate. Cuius ratio est: qꝛ ẽ dare aliquod
obiectũ in quo nulla ratio malicie inuenif. Et
volũtas necessario determinatur ad id volen/
dum. Uel sicut aliquod in quo nulla sit rõ vel
apparẽtia boni. tũc volũtas necessario determi
natur ad illud respuenduz. Sicut pz in hoc q
nullus põt nõ velle esse felix. ꝛ nullus põt vel/
le esse miser. Et in hoc etiam nõ cogif sicut nec
cũ imutatur a deo dictũ est. ¶ Utrũ aũt volen
do hmõi qd de necessitate vult. s. esse beatũ me
reatur. Dicẽduz q aliquo mõ sic: ꝛ aliquo mo/
do nõ. Cuz. n. inditus sit appetit⁹ vltimi finis
sui in cõmuni: vt. s. naturaliter appetat se esse
completũ in bonitate: scilicet se esse beatũ. Un
Boetius de phica cõso. ait. Inserta ẽ mentib⁹
hoium naturaliter veri bõniq3 boni cupiditas
Sicut ꝛ grauib⁹ naturaliter est inditus appe
tus seu iclinatio ad ferri deoꝛsũ ꝛ aialib⁹ cõser
uatio vite. Jõ appetẽdo beatitudinẽ ita in cõ/
muni hõ non meref. qꝛ ẽ sibi ei nãle ꝛ nãlibus
homo non meretur. Sz qꝛ inquo ista cõpletio
felicitatis seu beatitudo consistat: vtrum in vir
tutibus vel scientijs vel delectabilibus: vel vi
sione dei ꝛ hmõi: alias nõ est ei determinatuz
a natura. Jõ qñ ex ꝑpria rõne adiutus diuina
gratia appꝛehendit aliquod speciale bonuz vt
suaz beatitudinẽ in quo vera sua beatitudo cõ
sistit: tunc meref: non ex hoc precipue q appe
tit naturaliter beatitudinẽ sed ex eo q appetit
hoc speciale: qd nõ nãlif appetit. s. visionẽ dĩ.
i quo ꝺz rei v̾itatẽ sua beatitudo ꝯsistit. Et ꝺm
hoc sctimererẽtur appetẽdo deũ vel vitã etern
hec. b. Tho. in. q. de veritate. Raynerius.

¶ Liberũ arbitriũ .§.x.

Ad que se exten dit libe rũ arbi trium.

se extendit ad oẽs actus humanos. s. qui pꝛo/
cedũt a volũtate deliberata rõne. Hi. n. ꝑpe di
cunf actus humani. Hoc pbaf auctoꝛitate da
mas. li. ij. dicentis. Homo libero arbitrio ap/
petit: libero arbitrio vult: libero arbitrio inq/
rit vel scrutatur: libero arbitrio iudicat: libe/
ro arbitrio disponit: libero arbitrio eligit: libe
ro arbitrio impetum facit: ꝛ libero arbitrio
agit vel operatur in his que sunt ꝺm natu/

ram sunt. ¶ Declaratur autem hoc per di-

Quō oēs actus hūi sint a libe. arbitrio.

stinctionem talem. Actus aliqui attribuuntur alicui potētie dupl'r. Uel q̄ dicit ipsum: vel q2 imperat ipsum. Ille actus proprie a potentia ē elicitus qui immediate ab ipsa potētia procedit. Sicut a visu videre: ⁊ ab intellectu intelligere. Unde visus imediate elicit videre tanq̄ ꝓpriū actum eius: ⁊ intellectus intelligere. Et h̄ modo nō oēs actus humani sunt actus liberi arbitrij. Sed ꝓprius ⁊ ꝑncipalius actus liberi arbitrij est eligere. Alio modo actus attribuit potētie. q2 imperat potentia ipsum. Et hoc modo actus oium virium obediētiū rōni possunt voluntati attribui: que est motor oium virium ꝑ imperium. Et ita etiam actus diuersaꝝ virium libero arbitrio attribuunt. Unde per imperiū voluntatis ⁊ liberi arbitrij mouent etiam potētie in actus suos. Propter q̄ virtus appetitiua dicitur mouens: q2 imperat motum. Et virtus motiua que est affixa neruis ⁊ musculis: q2 exequitur motum. Et per huc modum oēs act9 humani sunt a libero arbitrio: q2 imperati ab eo. Unde illi actus humani qui sunt virium rōnalium per essentiā: illi sunt eliciti a libero arbitrio. Illi vō qui sunt virium rationalium ꝑ participationem: sicut sunt actus irascibilis ⁊ concupiscibilis: sunt iperati a libero arbitrio. Uirtutes aūt nutritiue partis nullo modo participant rationem: vt dicit phs. j. ethicoꝝ. Uñ earum actus non proprie dicuntur humani: ⁊ iō nō subduntur libero arbitrio. ¶ Ad horū ampliorem euidentiam notāda sunt tria. Primū est q̄ cum liberum arbitriū sit facultas rōnis ⁊ voluntatis: tres actus attribuuntur libero arbitrio ex parte rōnis: ⁊ tres ex parte volūtatis. Et ex parte rationis attribuuntur libero arbitrio: cōsilium: iudicium ⁊ arbitrium. Qui qdē actus rationis procedunt ab imperfecto ad ꝑfectum. Nam primo est motus inq̄sitionis de faciendo ⁊ nō faciēdo: ⁊ illud est ꝯsilium. Secūdo est iudicium de faciendo. Tertio est propositū faciendi: qd̄ dr̄ dispositio: vel potest dici arbitrium. Ex parte aūt voluntatis sunt tres act9 scz electio: ꝓgressio: ⁊ vsus. Primo igit est electio: ⁊ ille est actus simpl'r interior ꝑmus. Et h̄ est duoꝝ preiacētib9 alterum alteri preoptare. Secūdo est ꝓgressus ad motū exteriorem: ⁊ talis dr̄ impetus. Tertio est motus exterior ⁊ talis dr̄ vsus. ¶ Scd̄o nota q̄ liberum arbitrium principaliter est respectu actuū interiorum. secūdario aūt exteriorū: put ab actibus interioribus ꝓcedunt: q2 hoc modo impediri nō possunt. Sed inq̄tum actus exteriores sunt a virtute motiua corporali sic impediri possunt. Et hoc modo nō est libertas respectu illoꝝ actuū. ¶ Tertio notādum q̄ q2 electio est ꝓpri9 act9 liberi arbitrij. Et electio nō est finis: s3 eoꝝ que sunt ad finē. Iō finis vltimus nō cadit sub libero arbitrio. Tamē q2 id quod est finis respectu quorūdam: pōt esse ordinatum etiam ad finē vlteriorē. s. vltimū finē. Nulla aūt operatio humana est vltimus finis nisi per accidēs: inq̄tū ꝯiungit vltimo fini. Et ideo omniū operationū humanaꝝ pōt esse electio: nō inq̄tum sunt fines sed inq̄tum ordinant ad finē. Uerbi grā. Quāuis vincere sit finis potētie militaris. ordinatur tñ ad vlteriorem finem: ⁊ ideo sub electione cadere potest: ⁊ sic sub libero arbitrio. ¶ Et si arguat i cōtrariū: q2 opatio mala est ꝑter volūtatem ſm Dionisium ⁊ Augustinum. Peccare nemo appetit ꝓpter hocipsum: s3 ꝓp aliud qd̄ ex eo cōsequit. xv. q. j. Merito. Cum aūt talis sit opatio humana: ergo nō ois operatio humana cadit sub libero arbitrio seu volūtate. Rñdeo q̄ operatio mala potius debet dici defectus q̄ actus: ⁊ potius hoc ꝑtinet ad impotentiam. Uel aliter. Malū in eo q̄ maluz est ꝑter volūtatem est. Sed operatio mala inq̄tuz apparet bona: propter illud qd̄ inde ꝯsequitur qs. s. delectationē vel vtilitatem: sic cadere potest sub volūtate. ⁊ libero arbitrio. Uerbi grā. Apprehendit qs fornicationem nō vt malum: sed vt bonum delectabile tempore passionis ⁊ sic vult eā Tho. super. ij. sniarum. Rayne.

¶ De voluntario ⁊ inuolūtario. Cap. iij.

De actu voluntatis videnda sunt tria. Primo de voluntario ⁊ inuoluntario in cōi. Scd̄o de actibus volūtarijs quasi ab ipsa volūtate elicitis. vt imediate ipsius voluntatis existētibus. Tertio de actibus volūtarijs quasi a voluntate imperatis: que sunt ipsi9 volūtatis mediātib9 alijs potentijs ca. sequentibus.

¶ Quantum ad pri- .§. i.

mum. s. de volūtario ⁊ inuolūtario. Sciēdū q̄ actuum humanoꝝ: aliqui sunt oino volūtarij. Alij inuoluntarij. Tertij mixti ex volūtario ⁊ inuolūtario. Uolūtarij oino dicunt actus illi humani q̄ sponte fiūt absq3 violētia ⁊ ignorātia ⁊ metu. ¶ Pro hoꝝ maiori declaratione sciēdū

Qui sīt act9 volūtarij.

ſm Tho. prima scd̄e. q. vj. q̄ que agunt seu se mouent in finē cū aliquali cognitiōe finis: horum motus ⁊ actus dicunt voluntarij. Unde volūtariū dr̄ eē ſm diffinitionē Arist. Damas. ⁊ Grego. niceni. nō solū cuius ꝑncipiū est intra: sed cū aditione sciētie. Uñ cū hō maxie cognoscat finem sui opis: ⁊ moueat seipm in ei9 actibus maxime volūtariū inuenit. Sciendum est enim q̄ quorūdā actuū seu motuū ꝑncipiū est in agente seu in eo qd̄ mouet. Quorūdam vō

actuum vel motuũ principium est extra. Cum enim lapis mouet sursum. puta cũ pycit: hui⁹ motionis pncipium est extra lapide. Sed cum mouet deorsum vt cũ cadit pncipium hui⁹ motionis est in ipso lapide. Eoꝝ aũt que a pncipio intrinseco mouent quedã mouẽt seipsa: quedã nõ. Cũ enim omne agẽs seu motũ agat seu moueatur ꝑpter finem: illa pfecte mouent a pncipio intrinseco: in qbus est aliqđ intrinsecũ pncipium: nõ solum moueant vt in se sed vt moueant in finem. Ad hoc aũt ꝙ fiat aliqd ꝑpter finem requiritur cognitio finis aliqualis. Quicũqꝫ igit sic agit vel mouet a pncipio intrinseco qđ hẽt aliquã notitiã finis: hẽt in seipso pncipium sui actus: nõ solum vt agat: sed vt agat ꝑpter finẽ. Qđ aũt nullam notitiã finis hẽt: ꝫ si in eo sit pncipiuꝫ actionis vel motus: nõ tamẽ eius qđ est agere vel moueri ꝑpter finez est pncipiũ in ipso vel in alio a quo imprimit ei pncipium sui actus vel motionis in finem. Uñ huiusmodi nõ dicunt mouere se ipsa: sed moueri ab alijs. Que võ notitiã habẽt finis dicunt mouere seipsa: qꝛ inest principiũ nõ solũ vt agant sed vt agãt ꝑpter finez. Utrũqꝫ aũt hoꝝ. s. ꝙ se moueat. ⁊ finem sui mot⁹ vel actionis cognoscant reperit in actibus humanis. ⁊ iõ in eis ꝓprie ⁊ pfecte volũtariũ inuenit. ¶ Uolũtariuꝫ etiã reperit aliquo modo in brutis ⁊ pueris licet imperfecte. Unde ⁊ phs dicit in. iij. ethicorũ. ⁊ Dam. ⁊ Greg. nicen⁹ ꝙ bruta ⁊ pueri volũtario cõmunicãt. Pro cuius declaratiõe sciẽdum fm. b. Tho. pma scđe. q. vj. ꝙ cũ ad rõnez volũtarij requirat ꝙ pncipium actus sit intra agẽtem. cũ aliqua cognitione finis. sicut cognitio finis actionis ⁊ brutis ⁊ pueris est imperfecta. ideo etiã volũtariũ in eis est fm imperfectã rõnem. Dicit aũt cognitio impfecta finis que i sola finis apprehẽsiõe ɔsistit. sine hoc ꝙ cognoscat rõ finis ⁊ ꝓportio act⁹ ad finẽ. Et talis cognitio inuenit in brutis per sensum ⁊ extimationẽ naturalẽ. Uñ aĩal brutũ apprehẽdens finem. nõ deliberat. sed subito mouet in ipsum. Perfecta aũt cognitio finis est nõ solũ qñ apphendit res que est finis. sed cum cognoscit rõ finis ⁊ ꝓportio eius qđ ordinat ad ipsum finẽ. ⁊ talis cognitio pfecta cõpetit soli rõnali nature. Et sic etiã volũtariũ fm pfectam rõnem. put s. apprehẽso fine aliqs põt deliberãs de fine et de his que sunt ad fin⁹ moueri vel nõ moueri in ipm. Et nota ꝙ lꝫ volũtariũ denoĩatiue dicatur a volũtate que noĩat rõnabilẽ appetitũ vñ i brutis nõ reperit tñ volũtariũ põt trahi ad ea. i quibus est aliqua pticipatio volũtatis fm aliqꝫ cõueniẽtiã ad voluntatẽ. ⁊ hoc mõ attribuitur etiã brutis inɋ̃tum. s. per cognitionẽ aliquam mouent in finẽ. ¶ Itẽ nota ꝙ qꝫuis deus moueat hoiem ad agẽdũ nõ solum sicut ꝓponens appetibile sensibili vel sicut imutãs corpus sꝫ etiã sicut mouẽs ipsam voluntatez. Uñ ipse ait. Job. xv. Sine me nihil potestis facere. nõ tamẽ hec est ɔtra rõnem actus volũtarij. Cum enim ois motus tam volũtatis qꝫ nature sit a deo sicut a pmo mouẽte. sicut nõ est cõtra rõnez nature ꝙ motus nature sit a deo sicut a pmo mouẽte. inquãtũ natura est quoddã instrũ dei mouẽtis. ita nõ est ɔtra rõnẽ actus voluntarij. ꝙ sit a deo inquãtũ volũtas mouet a deo. Est tñ de ratione nãlis ⁊ volũtarij motus ꝙ sit a pncipio itrinseco. ¶ Itẽ lꝫ de rõne volontarij sit ꝙ pncipium eius sit intra. nõ tñ est ɔtra rationẽ volũtarij. ꝙ pmum pncipiũ sit extrinsecũ. Sicut in genẽ alterabiliũ pmum alterãs est corpus celeste. qđ tñ nõ est pmum mouẽs simplr sed mouetur motu locali a supiori mouẽte. Sic pncipium intrinsecũ volũtarij act⁹ qđ est vis cognoscitiua vel appetitiua. est primũ principium in genere appetitiui motus qꝫuis moueat ab aliquo alio exteriori fm alias spẽs motus.

Uolun tarium quõ est in pueris ⁊ brutis

¶ Uoluntariuꝫ di .§. ij.

cit aliqd duplr. s. directe ⁊ indirecte. Pro cui⁹ declaratione dicit. b. Tho. vbi supra ꝙ volũtarium dr. qđ est a volũtate. Ab aliquo aũt dr aliquid dupliciter. Uno mõ directe. qđ. s. ꝓcedit ab aliquo inquãtum est agẽs sicut calefactio a calore. Alio mõ indirecte ex hoc ipso ꝙ nõ agit. Sicut submersio nauis dr esse a gubernatore inɋ̃tum desistit a gubernãdo. ¶ Sed sciẽduꝫ ꝙ nõ semp illud qđ ɔsequtur defectũ actiõis reducit in agens sicut in cãm. ex eo ꝙ nõ agit. sꝫ solum tũc. cũ põt ⁊ debet agere. Si eni gubernator nõ posset nauẽ dirigere vel nõ esset ei cõmissa gubernatio nauis. non imputeret ei nauis submersio que per absentiã gubernãtis cõtingeret. Quia igit voluntas volẽdo ⁊ agẽdo põt impedire hoc. qđ est nõ velle ⁊ nõ agere. ⁊ aliqñ debet hoc. qđ est nõ velle ⁊ nõ agere iputari ei quasi ab ipso existẽs. cũ. s. debet impedire ⁊ nõ facit. ⁊ sic volũtariũ põt esse absqꝫ actu. Et qñqꝫ qdem absqꝫ actu exteriori cũ actu interiori sicut cũ vult nõ agere. Aliqñ etiam absqꝫ actu interiori sicut nõ vult. Probat ⁊ hoc rõne tali. Id⁹ cuius dñi sumus dicit volũtariũ. Sed nos dñi sumus ei⁹ qđ est agere ⁊ nõ agere. velle ⁊ nõ velle. ergo sicut agere ⁊ velle est volũtarium. ita ⁊ nõ agere ⁊ nõ velle. Ad qđ facit qđ ait Amb. xv. q. j. Non est.

Uolun tariũ dr duplr.

¶ Inuoluntariuꝫ .§. iij.

dr quod qs nullo modo vult. Et qꝛ qđ fit p violẽtiã seu coactionem absolutã. homo nullo mõ vult. Ideo dicit phs ⁊ Damasce. ꝙ est aliqd in

De inuolũtario.

volūtarium per violētiā. Itē q: etiā qḋ fit per ignorātiā facti p̄missa debita diligētia hō non vult. Jō dicit etiā phs. eſt aliqd inuolūtariuꝫ p ignorātiā. Lex etiā dicit q̄ errātis nulla eſt vo/

Duplex eſt act⁹ volūtatis. lūtas. ❡ Sed pro maiori hoꝝ declaratione dicit bea. Tho. Ubi ſupra. q̄ duplex eſt act⁹ volūtatis. Unus qdem qui eſt eius imediate velut ab ipſa elicitus. ſ. velle. Alius aūt eſt actus volūtatis ab ea imperatus. ⁊ mediāte alia potentia exercitus. vt ambulare ⁊ loqui. qui actus a volūtate imperātur mediante potētia motiua.

Quō pt volūtati īferri violentia ⁊ q̄ mō nō. Quātum igit ad actus a volūtate impatos volūtas violēti i pati pō inquātum per violētiaꝫ exteriora mēbra impediri poſſunt. ne exequantur imperium volūtatis. Sed q̄ītum ad propriū ad actū volūtatis nō pōt ei violētia inferri. Et huius ratio eſt. quia actus volūtatis nihil ē aliud q̄ꝫ inclinatio quedā p̄cedēs ab interiori p̄ncipio cognoſcēte ſicut appetitus naturalis eſt quedā īclinatio ab īteriori p̄ncipio abſqꝫ cognitione. Qḋ aūt eſt coactū vel violētū ē ab exteriori p̄ncipio. Uñ ꝯtra rōnem ipſi⁹ act⁹ volūtatis eſt. q̄ ſit coactus vel violētus. ſicut ē et cōtra rōneꝫ n̄ālis inclinatiōis vel mot⁹. Pōt enīꝫ lapis per violētiā ſurſum ferri. ſꝫ q̄ iſte motus violētus ſit ex n̄āli inclinatione eius eē nō pōt Silr pōt etiā hō per violētiā trahi. ſꝫ q̄ hoc fit ex volūtate eius. repugnat rōni violētie. ❡ Et nota ſm. b. Tho. vbi ſupra q̄ ſicut n̄āle d: qḋ ē ſm inclinationē nature. ſiue īclinatio ſit in n̄ā ſicut a p̄ncipio actiuo. ſicut ad agendū n̄āle eſt igni calefacere. ſiue inclinatio ſit i n̄ā ſicut a p̄ncipio paſſiuo ad recipiēdum. ſicut mot⁹ celi d: n̄ālis. q: hēt naturalē aptitudinē ad taleꝫ motum licet mouēs ſit volūtariū. Ita volūtarium d: qḋ eſt ſm inclinationē volūtatis. Et hoc pōt eē dupli. Uno mō ſm actionē. puta cum aliqs vult agere. Alio modo ſm paſſionem vt cū aliquis vult pati ab alio. Unde cū actio infert ab aliquo exteriori manente in eo qui patit volūtate patiendi. nō eſt ſimpliciter violentum. q: licet ille qui patit nō conferat agendo cōfert tamen volēti pati. Unde nō poteſt dici inuoluntarium. ❡ Itē ſm bea. Tho. licet id in quod tendit voluntas peccādo ſit cōtra naturā rōnalem. ⁊ malum ſm rei veritatem tn̄ apprehenditur illud vt bonū ⁊ ꝯueniens nature inquātuꝫ eſt conueniēs homini ſm aliquā paſſioneꝫ ſeu ſus vel habitū corruptū. ⁊ iō nō ſeqt q̄ ſi motus violētus ſit cōtra naturā. motus volūtatis in peccando ſit violētus. q: voluntas tendit in in actū peccati vt in rem ſm naturā.

❡ Mixtum ex vo/ .§. iiij

luntario ⁊ inuoluntario dicitur. q̄ fit ex metu ſeu coactione cōditionata. Et quod fit ex ignorātia craſſa. Et q̄ītum ad primuꝫ dicit philoſophus. in. iij. ethicoꝝ. ⁊ Greg. nicen⁹. q̄ que per metū agunt mixta ſunt ex volūtario ⁊ inuoluntario. Pro huius declaratione dicit. b. Tho. p̄ma ſcḋe. q. vj. arti. vj. qḋ id qḋ per metum agit in ſe ꝯſideratum nō eſt volūtariū. ſed fit voluntarium in caſu. ſ. ad vitandū malū qḋ timetur. Sed ſi qs recte conſideret magis ſunt iſta voluntaria q̄ꝫ inuoluntaria. Sunt enim voluntaria ſimpliciter. Inuolūtaria ſꝫ quid. Unūqḋqꝫ enim dicitur eſſe ſimpliciter ſm q̄ eſt in actu. ſm autem q̄ eſt ſolū in apprehēſione nō ē ſimpliciter ſed ſm quid. Hoc autem quod per metum agitur. ſm hoc eſt in actu ſm q̄ fit. Cum enim actus in ſingularibus ſint. ſingulare aūt inquātum huiuſmodi eſt hic ⁊ nūc. ſed hoc id quod fit eſt actu ſm q̄ eſt hic ⁊ nūc. ⁊ ſub alijs conditionibus indiuidualibus. Sic auteꝫ hoc quod fit per metum eſt voluntarium. inquantum ſcilicet eſt hic ⁊ nunc prout ſcilicet in hoc caſu eſt impeditiuum maioris mali quod timebatur. Sicut proiectio mercium in mare fit voluntarium tempore tempeſtatis propter timorem periculi. Unde manifeſtū eſt q̄ eſt ſimpliciter voluntarium. Nam competit ei ratio voluntarij quia principium eius eſt intra. Sed q̄ accipiatur hoc quod per metum fit. vt extra iſtum caſum exiſtens. prout repugnat voluntati. hoc non eſt niſi ſm conſiderationem tm̄. Et ideo eſt inuoluntarium ſꝫ quid ideſt prout cōſideratur extra iſtum caſuꝫ exiſtens. Et licet qḋ per metum fit voluntas nō ferat in illud p̄pter ſeipſum. tn̄ fert in illud p̄pter aliud. ſ. ad repellēdum qḋ timet malum. Unde voluntari⁹ motus eſt. Sufficit enim ad rōneꝫ volūtarij q̄ fiat p̄pter aliud. Uolūtariū enim eſt. nō ſolū q̄ volumus vt finem ſed etiam qḋ volumus p̄pter aliud. vt p̄pter fineꝫ. Sed in eo qḋ fit p vim. ſ. abſolutā. volūtas interior nihil agit. Uñ differunt qḋ agit per vim ⁊ qḋ agit per metū. ſicut inuolūtariū ⁊ volūtariū. Cōcupiſcētia aūt que eſt paſſio nō cauſat inuolūtariū ēt ſm qd ſicut timor. Ratio eſt q: timor eſt de malo. Concupiſcentia autem reſpicit bonum. Malum auteꝫ ſm ſe contrariat voluntati. Sed bonum eſt voluntati cōſonum. Unde magis ſe habet timor ad cauſandum inuoluntarium q̄ꝫ ꝯcupiſcentia. Imo concupiſcentia auget voluntarium.

De his q̄ fiūt p metū.

❡ Quod fit ex .§. v.

ignorantia dicitur etiam mixtum voluntario ⁊ inuoluntario. Sed non intelligitur hoc de quacunqꝫ ignorantia. Pro cuius declaratione dicit beatus Thomas prima ſecūde. qōne vj. articulo. viij. Quod ignorantia tripliciter ſe habet ad actum voluntatis. ſ. Concomitanter.

De his q̄ fiunt ex ignorantia.

Ignorantia tripliciter se habet ad actum

Consequenter. Antecedenter. ¶ Concomitanter. quidem primo modo quando ignorantia est de eo quod agitur. tamen etiam si sciret nihilominus ageret. Tunc enim ignorantia non inducit ad volendum. ut hoc fiat sed accidit simul esse aliquid actum et ignoratum. sicut in hoc exemplo. Cum aliquis vellet quidem hostem occidere sed ignorans occidit eum putans occidere ceruum. Et talis ignorantia non facit inuoluntarium ut philosophus dicit. quia non causat aliquid quod repugnet voluntati sed facit non voluntarium quia non potest esse actu volitum quod est ignoratum. Consequenter autem se habet ignorantia ad voluntatem. inquantum ipsa ignorantia est voluntaria. Et hoc contingit dupliciter secundum duos modos voluntarij supra positos. Uno modo quia actus voluntatis fertur in ignorantiam sicut cum aliquis vult ignorare ut excusationem habeat de peccato suo vel ut non retrahatur a peccando. secundum illud Job. xxi. Scientiam viarum tuarum nolumus. Et hec dicitur ignorantia affectata. Alio modo dicitur ignorantia eius quod quis potest scire et debet. Sic enim non agere et non velle voluntarium dicitur indirecte. Hoc igitur modo dicitur ignorantia. Siue cum aliquis actu non considerat quod considerare potest et debet. que est ignorantia male electionis ex passione vel habitu proueniens. Siue cum quis noticiam quam debet non curat acquirere. Et secundum hunc modum ignorantia vniuersalium iuris. que quis scire tenetur voluntaria dicitur. quasi per negligentiam veniens. Cum autem ignorantia sit voluntaria aliquo istorum modorum non causat simpliciter inuoluntarium. sed causat tamen secundum quid inuoluntarium inquantum precedit motum voluntatis ad aliquid agendum qui non esset scientia presente. ¶ Antecedenter se habet ignorantia ad voluntatem. quando non est voluntaria et tamen est causa volendi. quod alias hoc non vellet ut cum homo ignorat aliquam circumstantiam actus quam non tenebatur scire. Et ex hoc aliquid facit quod non faceret si sciret. Puta cum aliquis diligentia adhibita nesciret aliquem transire per viam. proijcit sagittam que interficit transeuntem. et talis ignorantia que dicitur facti causat inuoluntarium simpliciter.

¶ De predictis sci. §. vi.

licet voluntario et inuoluntario et mixto ex vtroque multa habentur in iure. vnum e pluribus aliqua ponentur. Ubi sciendum quod regulare est quod ea que vi metusue causa fiunt. carent roboris firmitate. extra de his que vi me. ve cau. fi. c. ad audientiam. Et talia sunt inuoluntaria simpliciter vel secundum quid. ¶ Pro cuius declaratione nota secundum Raynerium. Quod vis est maioris rei impetus. qui repelli non potest. ff. quod me. cau. l. j. Metus vero est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio Et idem bea. Tho. in. iij. Vis autem seu coactio est duplex secundum Tho. in. iij. Et secundum glo. super. ca. de iudeis. dist. xlv. scilicet absoluta et conditionata. Et de absoluta coactione intelligitur diffinitio supradicta de vi data. Et hec quidem que est inuoluntaria simpliciter in materijs peccatorum excusat a toto. sicut si qua mulier violenter cognoscatur. vel si violenter manus alicuius accipiatur ad ponendum thura super ignem coram idolis et huiusmodi. In nullo peccatur voluntate omnino renitente. ut habetur. xxxij. q. v. ita ne. et c. sequenti. Talis etiam coactio absoluta tollit veritatem et effectum sacramentorum ut dicitur in glo. sup. c. de iudeis. di. xlv. Si enim quis teneatur violenter et ipso reclamante baptizetur nil recipit nec caractarem nec gratiam. et sic de ordinibus sacris. ¶ Coactio conditionata quia hec non est omnino inuoluntaria sed est voluntarium mixtum. In se enim illud non vellet ad quod cogitur. Sed vult penas euitare quibus cogitur. et ideo assentit. Unde non excusat a toto sed a tanto in malis. Unde dicitur extra. co. ti. sacris. quod licet metus culpam attenuet non tamen prorsus excludit. quia pro nullo metu quis debet committere mortale peccatum. Et sub hac coactione conditionata comprehenditur metus: siue coactio per metum secundum b. Tho. in. iij. et pe. Que est duplex. Una scilicet leuis et insufficiens. que non cadit in constantem virum. ut si quis non timeret non perdere gratiam seu amicitiam alicuius si non facit quod vult. Dicitur etiam metus leuis in vno. qui non diceretur in alio. quia non est verisimile hominem clare dignitatis in vrbe timuisse. vel regem paruum militem suum. ut. xxxi. q. ij. c. Lotharius. Et. ff. quod me. cau. non est verisimile. Alia coactio est grauius per metum qui scilicet cadit in constantem virum. ut metus mortis vel cruciatus. et talis metus excludit matrimonium. quo ad deum et quo ad ecclesiam secundum Thomam et Pet. et Alber. in iiij. Et Ray. et Hostien. in sum. Et similiter timor stupri vel seruitutis excludit matrimonium secundum prefatos doctores. Nec differt vtrum predicta quatuor fiant in persona propria. aut liberorum aut vxoris. Unde versus. Excusare metus hos posse puta quia vis sit. stupri siue status verberis atque necis. Et hoc nisi postea consentiret. Talis etiam metus qui potest cadere in constantem virum rescindere facit contractus. ¶ Dicit tamen Alber. in. iiij. quod compulsus per metum cadentem inconstantem virum cum promisit aliquid alteri vbi est iudicium per quod potest inueniri defensio a iudice debet soluere promissum. scilicet quod de se non est malum. ut dare centum florenos et huiusmodi. Competit enim actio ex lege et ex canone. et iudex debet restitutione facere in integrum. Sed si defectus sit iudicio tunc non debet soluere ut puto. Et hoc si iuramentum non interuenit. nam tunc soluendum est. Uel faciat per superiorem relaxare. Si autem iam violauit iuramentum non soluendo. veniens ad penitentiam non

Duplex coactio vel metus.

Quid est metus

est cogendus ad dandum promissum. sed penitentia iniungenda de peccato. Ista etiam coactio conditionata ⁊ si non impediat veritatem sacramentorum in suscipiente. īpedit tamen effectum secundarium .s. gratiam. Qui enim suscipit baptismum vel ordinē timore. ne amittat vitam vel substantiam. alias non susceptu/rus non recipit gratiam sed caracterem vtiqꝫ recipit. vt dicitur in glo. in dicto. c. de iudeis di stin. xlv. Idem Ray. ⁊ Tho. Et ꝗuis nullus sit cogendus ad fidem vel sacramenta etiam coactione conditionali. vnde dicitur de iudeis. Precipit sancta synodus nemini vim inferri ad credendū. Nō. n. inuiti saluandi sunt. s. tales. sed volentes vt integra sit forma iusticie. dist. eadem. Tamen si qui coacti sunt per talem coactionem conditionatam cogēdi sunt ad seruandum fidem ⁊ regulas xpianorum. quaꝫ necessitate susceperūt. vt dicitur in dicto. ca. de iudeis. Non autē cogendi sunt qui absoluta coactione sunt coacti. quia nil acceperunt. Que etiam fiunt ex ignorantia non inuincibili. sed procedente ex negligentia que dicitur crassa ignorantia. sunt inuoluntaria mixta. Et de his. xv. q. j. §. Sed hoc. Et. c. sequenti. Item non solum que fiunt coactione absoluta sunt inuolūtaria simpliciter. Sed etiam que fiunt mente omnino alienata ⁊ ideo nō imputantur ad culpam vel penam. Unde Aug. Aliquos scimus subito dementes factos. ferro fuste. morsibus. lapidibus. multos nocuisse. quosdam etiaꝫ occidisse. captos autem industria in iudicijs oblatos minime reos factos. eo ꝙ nō voluntate sed impellente vi. nescio qua. hec gesserunt nescientes. xv. q. j. aliquos. Nec obstat. c. si quis insaniens. q. ea. Ubi penitentia dicitur imponenda ei qui i insania fecit homicidiū. reuerso ad proprium sensum. Hoc eniꝫ fit vt dicit ibi glo. ad cautelam. quia. s. forte non totaliter erat mēte alienatus. ar. xxxiij. q. ij. in lectum. Et ne deferatur ecclesiastica disciplina. vt. xxiij. q. v. excommunicatorum. Joh. Quod autem Gratianus dicit in sequenti. §. ꝙ ideo penitētia iniungitur tali. quando ex culpa sua incurrit insaniam. Et sic videt̄ ei imputari aliquo modo. tunc dicit glo. Joh. ꝙ illa opinio Gratiani non est approbanda. quia talis satis ipso iure punit̄. iij. q. iij. c. Indicas. De voluntario simpliciter intelligitur illud Amb. Illa cauenda sunt flagitia que ex nostra prodeunt voluntate delicta mētis ⁊ irrationabiles corporis passiones. Quorum nos sumus domini principia extrinsecus non requiramus. nec deriuemus in alios. sed agnoscamus que propria nostra sunt. ꝙ possumus nō facere si volumus. Huius electionem mali potius nobis ōbem⁹ ascribē. xv. q. j. Illa.

¶ De actib⁹ volūtatis ab ipa ꝺ imediate elicitis. Et de ipso velle q ē pmus act⁹. Capi. iiij.

D Einde videndū est de actib⁹ volūtatis ab ipa imediate elicitis. Mouet̄ aūt volūtas in finē ⁊ in ea que sunt ad finē. Primo igit̄ agēduꝫ de actib⁹ volūtatis ab ea elicitis. quibus mouet̄ in finē. ⁊ hi sunt tres. s. velle frui. ⁊ intēdere. Deīde de actibus volūtatis quib⁹ mouet̄ i ea que sunt ad finē. Et hi sūt tres. s. eligere qd̄ tn̄ p̄cedit cōsulere. secūdus est cōsentire. tertius vti. Et quātū ad prios actus sciēduꝫ ꝙ cuꝫ actus volūtarius prio sit respectu finis. Uolūtas ip̄sa respicit finē tripliciter. Uno mō absolute. ⁊ sic dicit̄ actus eius volūtas seu volitio. prout. s. absolute volumus vel sanitatē vel si qd aliud est hmōi. Alio mō volūtas respicit finē. ſm eā cōsiderationē qua i ipso quiescitur ⁊ talis actus volūtatis dicit̄ fruitio. Tertio mō cōsideratur finis put volūtas respicit ipsuꝫ. sꝫ ꝙ est terminus alicuius qd̄ i ipsum ordiatur. Et actus volūtatis ſm hāc ꝯsiderationē seu respectū dicit̄ intētio. Nō. n. ex hoc solū dicimur intēdere sanitatē ꝙ volumus per aliquod aliud ad eā peruenire. vt per medicinā ⁊ hmōi. Hec. b. Tho. prima secūde. q. xij. arti. j. Et quātū ad primū actū volūtatis q est velle: inspiciēda sunt tria. Primū de quo sit volūtas. Secūdum a quo moueatur voluntas. Tertium quo modo moueatur volūtas. Uoluntas respicit finē triplicē

¶ Quantū ad primū volūtas seu velle est tātuꝫ de bono. Unde Dionysius dicit. iiij. c. de diui. no. ꝙ maluꝫ est preter volūtatē eo ꝙ oia appetūt bonū. Sꝫ bonū de quo ē volūtas nō est semp verū bonum. Sed aliquādo verū. aliquādo apparēs bonuꝫ ⁊ act⁹ peccati. Pro cuius declaratiōe dicit. b. tho. prima secūde. q. viij. arti. j. ꝙ volūtas ē appetitus rōnalis. Ois autē appetitus nō est nisi bōi. Huius rō est. Quia appetitus nō est aliud ꝙ̄ iclinatio appetētis i aliquid. Nihil autē iclinatur nisi i aliqd simile ⁊ cōueniēs. Cū igit̄ ois res iquātuꝫ est ens ⁊ substātia sit quoddā bonū necesse est vt ois iclinatio sit i bonū. Et īde est qd̄ phus dicit i primo ethicoꝝ. ꝙ bonū est ꝙ oia appetūt. ¶ Sed cōsiderādū est ꝙ cū ois iclinatio cōsequatur aliquā formā. Appetitus naturalis cōsequit̄ formā in natura existētē. Appetit⁹ aūt sensitiuus vel itellectiuus seu rōnalis qui dicit̄ volūtas. cōsequit̄ formaꝫ apprehensaꝫ. Sicut ergo id in qd̄ tendit appetitus naturalis est bonū existēs in re ita id i qd̄ tēdit appetitus animalis seu rōnalis est apprehensuꝫ. Ad hoc ergo ꝙ volūtas in aliquid ten

§. I. Uelle ē tm̄ ꝺ bono

dat nō requiritur ꝙ illud sit bonum in rei veritate. sed ꝙ apprehendatur in ratiōe boni ꝓpter hoc philosophus dicit. secūdo phisicoꝝ. ꝙ finis est bonum vel apparens bonum. ¶ Et licet eadem potentia sit oppositorum. Sicut visus est albi ⁊ nigri. nō tamen eodeꝫ modo. Sic voluntas est boni ⁊ mali. Sed ad bonuꝫ se habet illud appetendo ⁊ ille actualr̄ appetit⁹ dicitur voluntas seu velle. Ad malū se habet voluntas fugiendo. ⁊ ipsa fuga mali magis dicit̄ voluntas nō malū ipm̄. Uolumus enim nō malū sed fugere malū. ⁊ hoc hēt rōneꝫ boni. Futura aūt ⁊ si nō sint in rerū natura. apprehenduntur tn̄ sub rōne boni vt entia rōnis. sicut etiaꝫ sunt ꝓuationes ⁊ negationes. vt nō loqui. nō opari. que dicunt̄ entia rōnis. ⁊ sic in ens tendit volūtas. Unde ⁊ phūs dicit in. v. ethicoꝝ. ꝙ carere malo habet rōneꝫ boni. ¶ Uolūtas ꝓut signat actū ipsius volitiue potētie ꝓprie est finis nō eorū que sunt ad finē. ¶ Pro cuius declaratiōe dicit. b. Tho. prima scḋe. q. viij. arti. ij. ꝙ voluntas qn̄qꝫ dr̄ potentia qua volumus. qn̄qꝫ dicit̄ ipse actus volūtatis. Scḋm ergo ꝙ volūtas nominat potētiā sic se extēdit ad finē. ⁊ ad ea que sunt ad finem. Ad ea enim se extendit vnaqueqꝫ potētia. in qb⁹ inueniri pōt quoquo modo ratio sui obiecti. Sicut visus se extēdit ad omnia que participant quoquo modo colorē. Ratio aūt boni quod est obiectū potentie voluntatis. inuenit̄ nō solum in fine sed etiam in his q̄ sunt ad finem. Sed ſm ꝙ volūtas noīat actum sic ꝓprie loquendo est finis tm̄. Cuius ratio est qꝛ oīs actus denoīatus a potētia denoīat simplicem actū illius potēte. Sicut intelligere nominat simplicem actū intellectus. Simplex aūt actus potentie tendit in id qḋ ſm se est obiectū potentie. Id autem quod propter se est bonum ⁊ volitum est finis. Unde voluntas proprie est ipsius finis. Ea vero que sunt ad finem nō sunt bona vel volita propter seipsa. sed in ordine ad finem. Unde voluntas in ea non fert̄ nisi quatenus fertur in finem. Unde hoc ipsum ꝙ in eis vult est finis. ¶ Actus volūtatis potest ferri in finem absqꝫ hoc ꝙ feratur in ea que sunt ad finem. Sed in ea que sunt ad finem inquantum huiusmodi ferri non potest nisi feratur in finem. Unde vno actu fertur in vtrunqꝫ. Hoc sic ꝓbat. b. Tho. pma ſcḋe. q. viij. ar. iij. Cū finis sit ſm se volitus. Id aūt qḋ est ad finem non sit volitū nisi ꝓpter finē. manifestum est ꝙ voluntas potest ferri in finē. absqꝫ hoc ꝙ ferat̄ in ea q̄ sunt ad finē. Sed in ea que sunt ad finē inq̄ntuꝫ huiusmodi volūtas ferri nō pōt nisi feratur in finem. Sic igit̄ volūtas in fineꝫ fert̄ dupliciter. Uno mō absolute ſm se. Alio modo in rōne volendi ea que sunt ad finē. Manifestuꝫ est ergo ꝙ vnus ⁊ idem motus volūtatis est quo fert̄ ī finem. ſm ꝙ est rō volēdi ea que sunt ad finem ⁊ in ipsa que sunt ad finē. Sed alius act⁹ ē quo fert̄ in ipsum finem absolute. Et qn̄qꝫ ꝓcedit tēpore. Sicut cum aliquis primo vult sanitateꝫ. ⁊ postea deliberans quomō possit sanari vult ꝯducere medicuꝫ vt sanet̄. Exemplū. Quādocūqꝫ videt̄ color videt̄ ⁊ lumē eodem actu. pōt tn̄ videri lumē absqꝫ hoc ꝙ videat̄ color. Et in executione quidē operis ea que sunt ad finem se habent vt media: finis aūt vt terminus. Sed in volitione est ecōuerso. Nā volūtas per fineꝫ tanq̄ per medium deuenit ad volēduꝫ ea que sunt ad finē. Sicut intellectus deuenit in ꝯclusiones per ꝓncipia que media dicunt̄. Unde sicut intellectus aliqn̄ intelligit medium. ⁊ ex eo nō procedit ad cōclusionem ⁊ ambulās ad aliquem locuꝫ. aliqn̄ persistit in medio itineris. ⁊ nō peruenit ad terminum. Sic ⁊ voluntas aliquando vult finem. ⁊ non pertingit ad volendum id quod est ad finem.

Velle ꝓprie est ipsius finis.

Ad finē ⁊ ad ea que sūt ad finē quō se hꝫ volūtas.

¶ Quantum ad se. §. ij.

A quo cundū circa actū volūtatis. s. a quo sit ipse act⁹ volūtat̄ seu mot⁹ volūtatis. Ubi sciēdū ꝙ mot⁹ volūtatis ē a deo vt a ꝓmo motore omniū. Est a potētia volitiua q̄ntuꝫ ad exercitiū act⁹. ſm rōneꝫ finis ꝓcipue in volēdo finem: qꝛ per hoc ꝙ vult finem mouet volūtas seipsaꝫ in volēdo ea que sunt ad finem. Est ⁊ motus volūtatis ab intellectu ipsius volentis. vt a presentante ei obiectū suum qḋ est bonū apprehensum per intellectū Est qn̄qꝫ ab appetitu sensitiuo vt a trahēte ipm per passionem. sub apparētia boni. ¶ Et q̄ntuꝫ ad ꝓmum ꝙ actus voluntatis sit a deo. ostēdit apl's. Phil. ij. dicēs. Deus est qui operat̄ ī nobis velle ⁊ perficere. Pro cuius declaratiōe dicit beatus Tho. ꝓma ſcḋe. q. ix. arti. vj. ꝙ sicut motū naturalē rei causare nō pōt nisi qḋ est aliqualiter causa rei. vt ꝙ lapis moueat̄ deorsuꝫ. Nā cum mouet̄ sursum per iactū hominis qui homo naturā lapidis nō causat: motus ille nō est naturalis sed violentus. Ita etsi homo habens volūtatem moueri possit ab aliquo quod nō est causa eius vt ab alio homine per violentiam. motus tn̄ voluntatis eius ꝙ sit ab aliquo extrinseco. qḋ nō sit causa eius est impossibile. Uolūtatis aūt causa nihil aliud esse pōt q̄ꝫ de⁹ Et hoc dupliciter. Primo ex hoc ꝙ voluntas ē potentia anime rōnalis. que a solo deo causat̄ per creationem vt dictū est supra. Secundo ex hoc patet ꝙ voluntas habet ad vniuersale bonum ordinem. Omne aūt aliquid bonū p participationē dicit̄ ⁊ ē quoddā bonum particulare. Particularis aūt causa nō dat inclinationē vniuersalem. Unde nec materia ꝓma que est ī

Uolūtas mouetur.

Act⁹ volūtatis est a deo

potentia ad oẽs formas põt causari ab aliquo particulari agente. ¶ Nec tñ sequitur. ꝙ cum homo vult malũ. deus moueat voluntatẽ eius ad illud malum. q: ipse est motor ⁊ vniuersale obiectũ volũtatis: qm̃ ẜm beatũ Thomam. vbi supra. Deus mouet volũtatem hoĩs sicut vniuersalis motor ad vniuersale obiectũ voluntatis. qđ est bonuꝫ. Et sine hac vniuersale motione homo nõ põt aliqđ velle. Sed homo per rationem determinat se ad volẽdum hoc vel illđ quod est vere bonũ ⁊ apparẽs bonum. Sed interdum mouet specialiter deus aliquos ad aliquid determinate volendum qđ est bonũ sicut in his quos mouet per gratiã. ¶ Mouet etiã volũtas ad actũ suum ab intellectu. Unde phs dicit in.iij. de anima. ꝙ appetibile intellectum est mouẽs nõ motum. Volũtas aũt est mouens motum. Motũ scꝫ quia mouetur ab intellectu. Mouẽs quia mouet alias potentias. etiã ipm intellectum q̃ꝫtum ad exercitiuꝫ actus. idest ad intelligẽdum. Nõ tñ mouet intellectus voluntatem ex necessitate. Unde Aug. tractans illud Ps̃. Cõcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas ⁊c. ait. Preuolat intellectus. seqꝛ tardus aut nullus affectus. Scimus bonũ nec tamen delectat agere. Cuius ratio est ẜm bea. Tho. q: sicut imaginatio forme conuenientis vel nociui siue extimatione nõ mouet appetitũ sensitiuum. Ita nec apprehensio veri sine ratione boni nec appetibilis mouet voluntateꝫ. Unde intellectus speculatiuus nõ mouet. sed practicus. vt dicitur in.iij. de anima. ¶ Pro maiori horum declaratione dicit. b. Tho. prima secunde. q. ix. arti. j. Intantuꝫ aliquid indiget moueri inquantum est in potentia ad plura. Oportet enim vt id quod est in potentia reducaꝛ ad actum per aliquid quod est actu. ⁊ hoc est mouere. Duplex autem aliqua vis anime inueniꝛ esse in potentia ad diuersa. Uno modo q̃ꝫtum ad agere ⁊ nõ agere. Alio modo q̃ꝫtum ad agere hoc vł illđ. Sicut visus quãdoqꝫ videt actu ⁊ quandoqꝫ nõ videt. ⁊ quandoqꝫ videt albũ. q̃n ãdoqꝫ nigrum. Indiget igitur mouente q̃ꝫtum ad duo. s. q̃ꝫtum ad exercitiũ ⁊ vsum actꝰ. ⁊ q̃ꝫtum ad determinationem actus. Quoruꝫ primum est ex parte subiecti quod iueniꝛ quãdoqꝫ agens quandoqꝫ nõ agens. Aliud est ex parte obiecti ẜm ꝙ specificatur actus. Motio autem ipsius subiecti est ex agẽte aliquo. Et cũ omne agens agat propter finem principiuꝫ huius motionis est ex fine. Et inde est ꝙ ars ad quã pertinet finis mouet artem ad quaꝫ pertinet id quod est ad finem suo imperio. sicut gubernatoria ars imperat nauifactiue. Bonum autem in cõmuni quod habet rationem finis est obiectum voluntatis. Et ideo ex hac parte voluntas mouet alias potẽtias anime ad suos actus: vtimur enim ⁊ alijs potẽtijs anime cuꝫ volumus. Nam fines ⁊ perfectiones omnium aliarum potentiarum comprehenduntur sub obiecto voluntatis. sicut quedam particularia bona. Semper enim ars vel potentia ad quã ptinet finis vniuersalis. mouet ad agendum artẽ vel potentiam ad quam pertinet finis particularis sub illo vniuersali comprehensus. Sicut dux exercitus qui intendit bonuꝫ cõmune ẜm ordinem totius exercitus mouet suo imperio aliquem ex tribunis. qui intendit bonuꝫ vniꝰ aciei. Obiectum aũt mouet determinãdo actũ ad modum principij formalis. a quo in rebus naturalibus actio specificatur. sicut calefactio a calore. Primum autem principium formale ẽ ens ⁊ verum vniuersale. quod est obiectum intellectus. Et ideo illo modo motionis intellectus mouet voluntatem. sicut representans ei obiectum suum. ¶ Mouetur voluntas etiaꝫ ad actum suum a seipsa. Cum enim sit domina sui actus ⁊ ipsius sit velle ⁊ non velle quod non esset si nõ haberet in potestate sua mouere seipsaꝫ ad voluendum. sequitur ꝙ a seipsa mouetur. Unde dicitur Ecclesiast. xv. Posuit deꝰ ante illum. scilicet hominem bonum ⁊ malum ad quodcunqꝫ voluerit extendat manuꝫ suã. ¶ Pro huius declaratione dicit bea. Tho. prima secunde. q. ix. arti. iij. Ad voluntatem pertinet mouere alias potentias ex ratiõe finis. qui est obiectum voluntatis. Sed hoc modo se habet finis in appetibilibus sicut principium in intelligibilibus. Manifestum est autem ꝙ intellectus per hoc ꝙ cognoscit principium reducit seipsum de potentia in actum quantum ad cognitionem conclusionum. Et hoc modo mouet seipsum. Et similiter voluntas per hoc ꝙ vult finem mouet seipsam ad volendum ea que sunt ad finem. Non autem eodem modo mouetur ab intellectu ⁊ seipsa. Sed ab intellectu mouetur ẜm rationem obiecti. inquantuꝫ ipsuꝫ sibi representat. A seipsa mouetur ẜm rationem finis inquantum vult ea que sunt ad finem propter finem. Nec ẜm idem voluntas mouet ⁊ mouetur. sed ẜm diuersa. quia cũ vult finem est quidem in actu voluntas quo ad finem. In potentia auteꝫ quo ad illa que sunt ordinata ad illum finem. Cum auteꝫ vult actu ea que sunt ad fineꝫ. reducit se de potentia in actũ respectu illorum. ⁊ sic vt mouens est inquãtuꝫ vult finem. vt mota inquãtuꝫ vult ea que sunt propter finem. ¶ Mouetur voluntas ad actũ suum quandoqꝫ ab appetitu sensitiuo. sicut ab alliciente. Unde Jacobi prima dicitur.

Volun tas etiã mouet p itellectum.

Psal. cxv.

Volun tas etiã mouet seipsaꝫ.

Volun tas mo uet ab appeti tu sen sitiuo.

Unusquisqꝫ temtaꝝ a ꝯcupiscentia sua abstra- ctus ⁊ illectus. Nõ enim abstraheretur quis a cõcupiscẽtia nisi volũtas eius moueretur ab ap- petitu sensitiuo ĩ quo est cõcupiscẽtia. ¶ Pro huius declaratione dicit bea. Tho. prima scđe q. ix. arti. ij. ꝙ id qđ apprehẽditur sub rõne bo ni ⁊ cõuenientis. mouet volũtatem per modum obiecti. Qđ aũt aliqd videaꝝ bonũ ⁊ cõueniẽs ex duob⁹ ꝯtingit. s. ex ꝯditiõe eius. qđ ꝓponiꝝ. ⁊ ei⁹ cui ꝓponiꝝ. Cõueniẽs enĩ ſm relationẽ di- vñ ex vtroqꝫ extremo depẽdet. Et hic est ꝙ gu stus diuersimode dispositus nõ eodẽ mõ acci- pit aliqd vt ꝯueniens ⁊ vt nõ conueniẽs. Uñ ⁊ phõ dicit in. iij. ethicoꝝ. Qualis vnusqſqꝫ ẽ. talis finis videtur ei. Manifestum est autẽ. ꝙ ſm passionem appetitus sensitiue ĩmutaꝝ ho- mo ad aliquã dispositionẽ. Uñ ſm ꝙ hõ est in passione aliqua videꝝ aliqd ei vt ꝯueniẽs. qđ nõ videꝝ eidẽ extra passionem existẽti. sicut ira to videꝝ qđ nõ videꝝ quieto. Et per hũc modũ ex parte obiecti appetit⁹ sensitiuus mouet vo- lũtatẽ. ¶ Et q̃uis volũtas sit ꝑstãtior appeti- tu sensitiuo simpliciter loquẽdo. ⁊ agẽs ⁊ mo- uẽs sit nãliter prestãtius patiẽte ⁊ moto. ſꝫ Au gusti. tamẽ quo ad illũ in quo passio dominaꝝ appetitus sensitiuus est prestãtior voluntate. ⁊ iõ volũtas vt mota ⁊ patiẽs subiacet appetiti- ui sensitiuo. Et q̃uis volũtatis act⁹ sit vniuer- salis. qꝛ sequitur apprehensionem ĩtellectus q est vniuersalium. tñ qꝛ actus ⁊ electiones ho- minuꝫ sunt circa singularia. Inde ẽ ꝙ qꝛ appe titus sensitiuus est virtus particularis. qꝛ seqꝝ apprehensionẽ sensus qui est particulariũ reꝝ. hẽt magnã virtutẽ ad hoc ꝙ sic disponaꝝ. vt ei aliqd videatur. sic vel aliter circa singularia.

Volun tas mo uetur a reb⁹ sen sibilib⁹

¶ Moueꝝ etiã q̃nqꝫ voluntas a rebus sensibi libus sibi ꝓpositis exterius. Nã volũtas mo- ueꝝ ab obiecto. Sꝫ obiectũ voluntatis põt esse aliqua res exterior sensui preposita sicut Ber- sabee visa Dauid mouit volũtatẽ eius ad con- cupiscendũ. Uñ ⁊ Joan. dicit prima epistola. Nolite diligere mundũ neqꝫ ea que in eo sunt s. sensibilia. Dilectio est actus volũtatis. Mo- uent ergo ista exteriora volũtatẽ sicut obiecta non de necessitate. Nec ẽt mouent eo mõ quo moueꝝ volũtas. quantũ ad exercitiuꝫ act⁹. ab aliquo exteriori agẽte ⁊ imprimẽte in ipsã vo- luntatẽ ⁊ influente. Sic. n. a solo deo mouetur nõ aũt ab angelis ẽt bonis. ¶ Quãuis. n. an- gelus opereꝝ in intellectuꝫ hõis. confortando lumẽ ipsius ⁊ illustrãdo fantasmata. nõ tamen opatur in volũtatẽ mouẽdo ipsaꝫ. ¶ Sed nec a corporibus celestibus seu planetis põt mo- ueri volũtas directe. Nec in ipsaꝫ possunt im- primere vel operari directe. Et rõ est ſm. b. tho mã prima scđe. q. ix. arti. v. Quia nulluꝫ corp⁹

ij. Reg. c. ij.

põt agere in rẽ incorporeã. sed econuerso. In- tellectus ⁊ voluntas sunt potẽtie aie que non sunt affixe organis corporeis. sed sunt pure i- materiales ⁊ iõ ĩpossibile est vt vllũ corpus ce leste directe iprimat intellectũ vel volũtatem. Indirecte pñt iprimere inquãtuꝫ videlicꝫ vo- luntas moueri põt ad aliquid ab appetitu sen sitiuo per passiones eius. In appetitũ aũt sen- sitiuũ sicut ⁊ in alias vires sensitiuas iprimere pñt corpora celestia. qꝛ affixe sunt organis cor poreis. Que organa corporis sicut ⁊ ipsa corpo ra oĩa iferiora subiacent in influentijs ⁊ impres- sionibus corpoꝝ celestiũ. Sicut aũt volũtas ip sa nõ cogiꝝ ad sequẽduꝫ appetitũ sensitiuũ. q̃- uis inclineꝝ. sed libera est. Nec ẽt cogiꝝ ad ap- petendũ ipsa sensibilia que proponunꝝ in que habent impressioneꝫ ⁊ operationẽ corpora ce lestia. Ita non cogitur a cõstellationibus ⁊ in fluentijs corporũ celestiũ ad volendum.

¶ De tertio vi- .§. iij.

delicet de modo quo moueꝝ volũtas ad actum suũ. Sciẽdum ꝙ moueꝝ ad quedã de necessita te ⁊ nãliter. vt ad volẽdum bonũ in cõi. ⁊ vlti- mũ finem seu beatitudinẽ ⁊ que ꝯueniũt aliis potẽtijs. vt cognitionẽ veri que cõuenit intelle ctui. ⁊ esse ⁊ viuere ⁊ alia huiusmodi que respi ciunt ꝯsistẽtiã naturalẽ. Ad quedã alia moueꝝ cõtingẽter ⁊ nõ nãliter. vt ad oĩa alia. ¶ Pro horũ declaratiõe dicit bea. Tho. prima scđe. q. x. arti. ij. Qđ volũtas mouetur dupliciter. Uno modo q̃ꝫtum ad exercitiũ actus. s. ad velle ⁊ nõ velle. Alio mõ q̃ꝫtum ad specificationeꝫ act⁹. s. ad velle hoc vel illđ. Primo mõ volũtas a nul lo obiecto ex necessitate moueꝝ. põt enim aliqs de quocũqꝫ obiecto nõ cogitare. ⁊ per ꝯsequẽs nec actu velle illud. Sed q̃ꝫtũ ad scđꝫ motiõis modũ voluntas ab aliquo obiecto ex necessita- te moueꝝ ab aliquo aũt nõ. In motu enĩ cuiusli bet potẽtie a suo obiecto ꝯsiderãda ẽ ratio per quam obiectuꝫ mouet potẽtiam. Uisibile eniꝫ mouet visum sub ratiõe coloris actu visibilis. Unde si color ꝓponaꝝ visui ex necessitate mo- uet visum. nisi aliqs visuꝫ auertat qđ ꝑtinet ad exercitiũ act⁹. Si aũt ꝓponereꝝ aliqd visui. qđ nõ oĩbus modis esset color in actu. sed ſm ali- quid esset tale. ⁊ ſm aliqd nõ tale nõ ex necessi tate visus tale obiectũ videret: posset eniꝫ non intendere in ipsum ex ea parte qua nõ est colo- ratum in actu. ⁊ sic ipsum nõ videret. Sicut au tem coloratũ in actu est obiectum visus. ita bo num est obiectũ volũtatis. Unde si ꝓponaꝝ ali- quod obiectum voluntati qđ sit vniuersaliter bonum. ⁊ ſm oẽm ꝯsiderationem ex necessita- te volũtas in illud tenderet si aliqd velit. Non enim põt velle oppositum. Si auteꝫ proponaꝝ ei aliqđ

Volun tas a di uersis diuersi mode moueꝝ

et aliquod obiectū qđ non ſm omnē cōſideratiōnē ſit bonū nō ex neceſſitate voluntas fert in illud Et qr defectus cuiuſlibet boni habet rōnem nō boni:ſō id ſolū bonū quod eſt perfectum ꝛ cui nihil deficit. eſt tale bonū qđ voluntas non poteſt non velle: quod eſt beatitudo. Alia aūt particularia bona inquantū deficiunt ab aliquo bono pñt accipi vt nō bona ꝛ ſm hāc ↄſiderationē poſſunt repudiari vel acceptari a voluntate. que pōt in idē ferri ſꝫ diuerſas cōſiderationes. Sicut.n. intellectus de neceſſitate mouetur ab obiecto qđ eſt ſemper ꝛ ex neceſſitate verū nō ab eo quod pōt eē verū ꝛ falſum.ſ. a contingente. Sic ꝛ voluntas a bono perfecto. cui nihil deficit. vult etiā de neceſſitate ea que ſunt ad finē. ſine quibus finis haberi nō poteſt vt eſſe. viuere ꝛ hmōi. Et que vult homo ex neceſſitate vult ēt naturaliter. Quamuis enim voluntas diuidatur contra naturam ſicut vna cauſa contra aliam: quedam enim fiunt natur aliter: ꝛ quedam voluntarie. Et alius modus cauſandi eſt proprius voluntati. que eſt dn̄a ſuorū actuū. ꝛ hꝫ viā ad oppoſita. Alius modus cauſandi eſt ꝓprius nāe. que eſt determinata ad vnū nec habet viā ad oppoſitū. Tamē qr voluntas in aliqua nā fundaṫ: neceſſe ē ꝙ modus ꝓprius nature ↄtū ad aliquid participetur a voluntate ſicut qđ eſt prioris cauſe participaṫ a poſteriori. Eſt aūt in vnaquaqꝫ re primū ipſiꝫ eſſe qđ eſt per naturā. ꝙ velle qđ eſt per voluntatem. Et inde eſt ꝙ voluntas aliquid vult nāliter: ꝛ ita determinate ꝙ non hꝫ viā ad oppoſita. vt beatitudinē bonū in cōmuni eē viuere. Et dicitur hic nāle ſm ꝙ nā diciṫ quelibet ſubſtātia. ꝛ quodlibet ens. Et ſm hoc diciṫ nāle rei quod cōuenit ei ſm ſuā ſubſtantiā. ꝛ hoc ē qđ per ſe ineſt ei. Et ſic accipiendo ſemper principiū in his que cōueniunt rei. opꝫ ꝙ ſit naturale. Et hoc apparet in intellectu. Nā principia nālis cognitiōis ſunt nāliter nota. Similiter principiū volitiuoꝝ opꝫ ꝙ ſit aliquid naturaliter volitū: ꝛ hoc eſt bonū in cōmuni ꝛ vltimus finis. ℂ Motus voluntatis cū ſit a deo vt a primo mou[e]te: non tñ eſt motus neceſſarius ille: ſed contingens: niſi his que naturaliter vult: de quibus dictū eſt. Unde eccleſia. xv. diciṫ: ꝙ deus ab initio conſtituit hoīem ꝛ reliquit eū in manu ↄſilij ſui.ſ. ad volendum vel nō volēdum hoc vel illud. ℂ Pro cuius declaratiōe dicit btū[s] tho. prima ſecūde. q.x. ar ti. iiij. Et dicit dionyſius. Ad ꝓuidētiam diuinā nō pertiet corrūpere nām rerū ſed ſeruare. Unde mouet oīa ſcd̄m eoꝝ conditionē. ita ꝙ ex cauſis neceſſarijs per motionē diuinam ſequunṫ effectus ex neceſſitate. Ex cauſis aūt contingentibus conſequunṫ effectus cōtingēter. Quare igitur volūtas eſt actuum principiū nō determinatū ad vnū ſed indifferenter ſe habens ad multa. ſicut deus ipſam mouet ꝙ nō eſt ex neceſſitate ipſam determinat ad vnū: ſed remanet motus eius cōtingens ꝛ non neceſſarius: niſi in his ad que naturaliter mouet. Sed ab appetitu ſenſitiuo cum mouetur volūtas: non mouetur ex neceſſitate. Nam ſi talis eſt paſſio in appetitu ſenſitiuo: ꝙ tollat totaliter vſum rationis. vt in freneticis ꝛ amētibꝰ. tunc actus talis hominis nō eſt actus voluntatis: ſed ſimilis brutoꝝ actibus. Sed non totaliter abſorbet rōnem paſſio ſicut cum remaneat aliquo modo iudicium rationis liberum ſic ꝛ motus volūtatis. Unde nō neceſſario mouetur ab appetitu per paſſionem. ad qđ facit quod dicitur Gene. iiij. ca. Sub te erit appetitus eius: ꝛ tu dominaberis illius.

Ea que hō vult ex neceſſitate vult naturaliter

ℂ Capꝫ. v. De ſcd̄o actu volūtatis qui dī fruitio



Fruitio eſt ſecūdus actus elicitus a voluntate. Ubi notandum ſm be. Tho. prima ſecūde. q. xi. ꝙ viſio vel inquantū eſt. viſio eſt actꝰ intellectus. Inquantum autem eſt bonum et finis eſt voluntatis obiectum. ꝛ hoc modo eſt eius fruitio. Et ſic hunc finem conſequiṫ intellectus vt potētia attingens. volūtas tanꝗ̄ potentia mouens ad finem ꝛ fruens fine iam adepto. ℂ Item nota ſm Tho. vbi ſupra. ꝙ in delectatione quam importat fruitio duo ſunt ſcilꝫ perceptio cōuenientis que pertinet ad apprehenſiuam potentiam: ꝛ complacentia eius quod offertur vt cōueniens. ꝛ hoc pertinet ad appetitiuam in qua ratio delectationis perficitur. ℂ Pro quorum declaratione dicit beatus Tho. in primo ſentētiarum. di. i. q. j. Ubi diffuſe tractatur iſta materia etiam in textu. ꝙ fruitio conſiſtit in optima operatione hominis: cum fruitio ſit vltima felicitas hominis. Felicitas autem non eſt in habitu ſed in operatione ſm philoſophuꝫ. Optima autem operatio hominis eſt operatio intellectus ad nobiliſſimum obiectuꝫ quod eſt deus. Unde ipſa viſio diuinitatis ponitur tota ſubſtātia noſtre beatitudinis. Iuxta illud Ioan. xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcant te ꝛc̄. Ex ipſa autem viſione cum ipſum viſum non videatur per ſimilitudinem. ſed per eſſentiam efficitur quodāmodo intra videntem. ꝛ ita eſt comprehenſio que ſuccedit ſpei conſequens viſionēꝫ que ſuccedit fidei. ſicut ꝛ ſpes quodāmodo generatur ex fide. Et ex hoc ꝙ ipſuꝫ viſum receptū eſt intra videntem. vnit ſibiipſum videnteꝫ vt fiat quedam mutua penetratio per amorem.

quid ſit fruitio.

In ſol. ad tertium.

Sicut dicitur .i. Joã. iiij. Qui manet in charitate: in deo manet 7c. Ad vnionem autē maxime conuenientia sequitur summa delectatio. Et in hoc perficitur nostra felicitas quam nominat fruitio. Et parte sui complemēti magis ex parte pncipij. cum includat in se quē dam delectationem. Et ideo ipsa fruitio est actus voluntatis. 7 ſm habitum charitatis: quis ſm ordinem ad habitus 7 potentias precedentes. Quāuis enim concurrant ad fruitionem predicta tria. scilicet visio. comprehensio. 7 amatio. perficitur tamen ipsa in amore. Et alie quidem virtutes coniungunt nos deo per modū meriti 7 dispositionis. charitas per modum perfecte vnionis. ¶ Dantur autem diuerse diffinitiones ei' ſm diuersos respectus.

Diffinit frui.

Et prima est frui est amore inherere rei propter se. Hoc datur per cōparationem ad obiectum 7 habitum elicientem actum. Alia est Augustini dicētis. Fruimur cognitis in quibus voluntas delectata conquiescit. Hec datur per comparationem ad potentiam cuius est actus: scdm ordinem ad potentiam precedentem. scilicet cognitionem que pertinet ad intellectum. Tertia est frui est cum gaudio vti non spe. sed rei iam habite. Hec datur per cōparationem consequentē actum inquantū est perfectuz. s. gaudium de re habita. Nec est incōueniens de vna re dentur plures diffinitiones ſm diuersas causas vel proprietates. Quando autem exprimeretur totum esse rei ſm omnes causas eius: tunc diffinitiones predicte non essent nisi vna.

¶ Quo fruendum sit. .§. j.

Tripl'r aliquo dicimur frui.

¶ Ad quod dicēdum ſm beatū Tho. vbi supra. frui aliquo dicitur tripliciter. Uno modo sicut obiecto. Et hoc modo solo deo fruendum est. Et sic dicit Aug'. fruendum est solum illis rebus que nos beatos faciunt. s. personis diuinis patre 7 filio 7 spiritusancto. quia ad bonitatem ipsius vel ordinatur tota bonitas vniuersi: sicut bonitas totius exercitus ad bonum ducis. Secūdo modo sicut habitu eliciente actum fruitionis. Et hoc modo beatitudine creata 7 charitate fruēdum est. Deus enim facit beatos effectiue: dando seipsum et causando ipsam beatitudinē. Beatitudo autē creata formaliter facit beatuz. sicut albedo facit album. Tertio modo fruimur aliquo sicut instrumēto fruitionis. 7 hoc modo fruimur potentia cuius fruitio est actus. ¶ Quia vo humanitas christi non est finis vltimus. ideo in visione eius non est pprie fruitio: sed quoddaz accidentale gaudium: 7 non substātialis beatitudo. ¶ Homine autem quocūq sancto nō est fruēdū simpliciter. sed in deo. Juxta illud quod ait apostolus ad Philemonez. Fruar te in christo. Ubi autem cū homine in deo frueris magis deo homine frueris. Et sic ſm. b. Tho. ibi obiectum fruitionis est deus. correpresentans ipsum obiectum per similitudinez gratie in qua habitat deus. Peccatore autem non est fruēdum in deo: quia non est in eo gratia que facit deum inhabitare. que quidez est exemplar expressum ipsius summe bonitatis qua fruēdum est. Et multo minus creatura irrationali fruēdū est. Non enim sufficit ad hoc similitudo imaginis vel vestigij sed requiritur similitudo gratie. ¶ Tribus autem personis diuinis est vna fruitione fruēdum. Huius ratio est duplex ſm bea. Tho. vbi supra. Prima ex parte essentie. Obiectuz enim fruitionis est summa bonitas. Unde fruitio respicit vnamquāq personam prout est summū bonū. Unde cum eadem numero sit bonitas trium personaruz eadem erit 7 fruitio. Alia vo sumitur ex parte proprietatuz. Sicut enim dicit phs. qui cognoscit vnum relatiuoꝝ cognoscit 7 reliquū. Et sic cū tota fruitio oriatur ex visione vt dictū est. qui fruit vno relatiuoꝝ inquātum hmōi: fruit 7 reliquo. prima ratio melior.

Trium psonarū vna est fruitio.

¶ Quorum sit fruitio. .§. ij.

frui nō ꝯuenit creatu re insensibili.

Respōdeo ſm be. Tho. vbi supra. Fruitio ponit quādam delectationem in fine. Delectatio aūt non potest esse nisi in cognoscente. Et ideo cum creature insensibiles non cognoscāt nō delectantur nec fruuntur. Quāuis tamen omne desideriū sequatur cognitiōem. desiderium tamē creature insensibilis quod est eius inclinatio rationalis non sequitur cognitionē in ipsa existentē ſm cognitionem primi motoris. Item fruitio proprie loquendo est tātum vltimi finis. bruta aūt vltimum finem: nō apprehendūt nec finem proximū possunt ordinare ad finem vltimū cum careāt ratione cuius est ordinare. Unde nō proprie fruūtur. ¶ Similiter peccator ponit vltimum finem suū in eo in quo nō est. Unde cum verū finem nō habeat nō fruitur vere. Quāuis enim talis aliquando faciat aliquid propter deū. tamen qa aliqd diligit habitualiter supra deum: 7 si nō actu semper. ideo non fruitur deo sed illo ad quod omnia ordinat pecuniam. videlz gloriā veneream delectationē: 7 huiusmodi. ¶ Ulterius fruitio dicit delectationē in fine. Unde perfecta fruitio non est nisi perfecta delectatio: que esse nō potest ante ꝯsecutionem finis. Unde iustus homo in mūdo non pfecte fruitur. Sed sancti in patria vere 7 pprie 7 pfecte fruuntur. Magister in .ij. sentētiarum. di .j. Fe

est deus ratiōem creaturam vt summū bonū intelligeret. intelligendo amaret. amādo pos. sideret. possidēdo frueretur. Deus autem perfectissime seipso fruitur. Unde Greg. dicit. ꝙ deus gloriosus est. quia dum seipso fruitur ac cedentis laudis indigens non est.

¶ Capitulum sextum. De intentione que est tertius actus voluntatis.



De intētione que est tertius actus elicitus a voluntate. Hanc christus vocat oculū dicens. Luce. xi. ⁊ Matthei. vi. Si oculus tuus fuerit simplex. i. intentio recta totum corpus tuum. i. opus inde seq̄ns lucidū erit. Quāuis aūt oculus sit instrm visiue potētie que est apprehēsiua potētia. non tn̄ intētio est actus intellectus sed volūtatis. Dicit autē oculus intentio: q2 cognitionem presupponit per quam ꝓponit voluntati finis ad quem mouet. sicut oculo preuidemus quo tēdere debeamus. Tho. ¶ Quod aūt intētio sit actus volūtatis. b. Tho. prima secūde. q. xij. sic declarat arti. j. Intētio sicut ipsum nomē sonat: signat in aliqd tēdē. In aliqd aūt tēdit ⁊ actio mouētis ⁊ mot' mobilis. Sed ꝙ motus mobilis in aliqd tendat ab actione mouētis ꝓcedit. Unde intentio primo ⁊ ṗncipaliter pertinet ad id qd̄ mouet ad finē. Unde dicimus architectorem suo impio mouere ad id qd̄ ipse intendit. Et idem est in omni ṗcipiēte aliqd. Uoluntas aūt est que mouet oēs alias vires aie ad finē. Et sic p3 ꝙ intētio est actus volūtatis ꝓprie. ¶ Est aūt ꝓprie ⁊ ṗncipaliter intēdere ẛm be. Tho. ṗma. ij. q. xij. arti. iij. Intēdere finē put s. ordinat motū alicuius vel alterius in finē. Ordinare aūt aliqd in finem est actus rōnis tantū. ⁊ q2 bruta rōne carent. ideo nō ꝓprie dicunt intēdere seu hēre intentionē. Sed large sumēdo intēdere ẛm id qd̄ mouet ad finem ab alio di intēdere finem sicut natura dicit intēdere finē quasi mota ad suū finem a deo. sicut sagitta a sagittāte: ⁊ sic bruta intēdūt finē: inquātum mouent instinctu quodā naturali ad aliqd. Nō ꝙ ꝯsiderent ꝙ per motū suū possint cōseq finem: qd̄ est ꝓprie intēdētis. Sed quasi ꝯcupiscētes finem naturali instinctu mouent ad finē quasi ab alio motu. ⁊ cetera que naliter mouent. ¶ Intētio aūt non solum est vltimi finis. sed ⁊ alioꝝ finiū. Cum. n. vltimus finis humanoꝝ volūtatum sit beatitudo. ⁊ per ꝯñs vnus finis. Si intentio esset tantū vltimi finis nō essent diuerse hoiū intētiones. qd̄ p3 esse falsum. ¶ Pro cuius declaratiōe dicit. b. Tho. ṗma. ij. q. xij. ar. ij. ꝙ intētio respicit finē ẛm qd̄ est terminus mot' respectu volūtatis. In motu aūt pōt accipi terminus dupl'r. Uno mō termin' vltimus in quo quiescit: qui est terminus toti' mot'. Alio mō mediū qd̄ est ṗn^m vnius ptis mot' ⁊ terminus vel finis alterius. sicut mot' de quo itur de. a. in. c. per. b. C. est termin' vltimus. b. aūt est terminus s3 nō vltimus: ⁊ vtriusq3 pōt eē intētio. Uñ ⁊ si intentio semp sit finis. nō tn̄ opꝫ ꝙ semp sit vltimus finis. ¶ Intētio etiā pōt esse pluriū simul. qd̄ sic declarat. b. Tho. vbi. s. artic. iij. Aliqua duo pñt accipi dupl'r: vel ordinata ad inuicem vel ad inuicē nō ordinata. Et siqdē fuerint ad inuicē ordinata: manifestum est ꝙ hō pōt simul plura intēdere. Est. n. intētio nō solū finis vltimi: sed etiam finis medij vt dictū est. Simul aūt intendit aliqs in finē vltimū ⁊ primum sicut ꝯfectiōe3 medicine. Si aūt accipiant duo vt non ordinata ad inuicē. ¶ Sic etiā pōt hō plura intēdere. Qd̄ p3 et hoc ꝙ hō vnū alteri ṗelegit qd̄ melius est. Inter alias aūt ꝯditiones qb' vnū melius est altero est: q2 valet ad plura. Unde pōt aliqd ṗelegi alteri: ex eo ꝙ valet ad plura. Et sic p3 manifeste ꝙ hō plura intēdit. ¶ Qd̄ aūt Aug'. dicit. ꝙ hō non pōt simul deū ⁊ corporale cōmodū intēdere. intelligit vt vltimos fines: q2 nō pñt esse hoīs plures vltimi fines. Intētio finis ⁊ volūtas eius qd̄ est ad finē aliquō mō est vnus ⁊ idē mot'. Alio modo nō. qd̄ sic declarat beatus Tho. vbi supra. articu. iiij. Motus voluntatis in finem. ⁊ in id qd̄ ad finem potest cōsiderari dupliciter. Uno modo ẛm ꝙ voluntas fertur in vtrūq3 absolute ⁊ ẛm se. ⁊ sic simpliciter sunt duo motus voluntatis in vtrūq3. Alio modo potest considerari ẛm ꝙ voluntas fertur in id quod est ad finē propter finem. Et sic vnus et idem subiecto motus voluntatis est tendens in finem. ⁊ ad id quod est ad finē. Cum enim dico volo medicinā propter sanitatē non designo nisi vnam motū voluntatis. cuius ratio est: quia finis est ratio volendi ea que sunt ad finem. Idem autem actus cadit super obiecto ⁊ super rationē obiecti. sicut eadem est visio coloris ⁊ luminis. ⁊ simile est itellectu. qui si absolute consideret principium ⁊ conclusionem: diuersa erit consideratio vtriusq3. In hoc autem ꝙ cōclusioni propter principia assentit. est vnus actus intellectus tantū. In hoc autem differt ab electione. quia inquantum motus volūtatis fertur in id quod est ad finem: prout ordinare in finē est electio. Motus autem volūtatis qui fertur ad finem prout acquiritur per ea que sunt ad finem: vocatur intētio. Cuius signum est ꝙ intentio finis esse potest. etiā nōdum determinatis his que sunt ad finem: quorum est electio.

Intentio est oculus

Intentio est act' volūtatis.

Intēdē qd est ⁊ cui cōuenit.

Intentio non solū est vltimi finis.

Intentio pōt eē plurium simul.

¶ De intentione loquitur .§.j.

Psalmista psalmo.cxviij.docēs nos suo exemplo ea rectificare dicēs. Inclinaui cor meū ad faciendas iustificatiōes tuas in eternū ppter retributionē. Intētio siquidē vt ait Ambro. operi tuo nomē imponit. Nā cuius finis bonus est: eius quoq opus bonū est: extra ſm phз. Vñ saluator ait Luc.xi. Si ocul' tuus fuerit simplex totū corpus tuū lucidū erit. Oculus intētio dicit qui respicit finē seu ea que sunt ad finem respectu finis. Simplex autem dicitur cum solum intendit vltimum finem sine duplicitate vel alia mixtura. et tunc totū corpus idest congeries operū inde sequentiū lucidū est idest gratiosū. Quattuor autē requirūt ad hoc vt oculus sit simplex et rectus idest intentio que notantur in predicto versu psal. Et primū est q ipsa intentio sit separata ab arrogatione ibi. Inclinaui cor meū. Secundū est q sit sequestrata a deceptiōe. ibi. ad faciendas iustificationes tuas. Tertiū q sit imaculata sine mortali infectiōe. ibi. in eternū. Quartū q sit determinata in pfecta felicitatione. ibi. ppter retributionē. ¶ Primo ergo dз intentio ad hoc vt sit recta eē separata ab arrogātia. vt. s. quis quis operet opa de genere bonoȝ pp gloriaȝ consequendā. non hoc intendat tanq de' debeat sibi retribuere ipsam gloriā ex debito necessitatis: seu ex ɔdigno. qz vt ait apostol' ad romanos.viij. Nō sunt cōdigne passiones huius tpis ad futurā gloriā que reuelabitur in nobis: nec ēt quecūq actiōes. Et rō huius ē: quia sicut creatura est virtutis finite: ita et meritū operis eius: gloria aūt dei est pmiū infinitū. Finitū aūt nō potest p se attingere ad infinitū. ¶ Debet ergo quilibet intendere et credere q principaliter deus ex sua largitate dabit sibi gloriā benefacienti. Iuxta illō ad ro. vi. Gratia dei vita eterna. s. habet. Gratia āt gratis datur. Hoc aūt notat psal. cū ait. Inclinaui cor meū: i. humiliaui expectās retributionē a dño nō ex operibus iustitie per me factis: sed ſm suam misericordiā. ¶ Debet secundo intentio esse sequestrata a deceptione vt videlicet nō faciat ea que de se sunt mala ppter aliquē finē apparētē bonū. Hoc. n. eēt decipere seipsum. Nā vt ait apostolus ad ro. iij. Non sunt facienda mala vt inde eueniant bona. Hinc et greg. Qui hac intentione male accipit vt bene dispenset grauatur potius q iuuetur. prima questione. j. Non est putandū. Quod si quis fenus exerceret vt hospitalia et ecclesias consecraret: vel etiam aliena raperet: vt pauperibus subueniret: seipsum deciperet: cū nil mereretur: sed peccatū incurreret. Unde et Loth qui obtulit duas filias suas virgines habitatoribus sodomoȝ ab eis illudendas ne abuterentur iuuenibus: quos ad hospitiū receperat. idest angelis qui in forma iuuenū apparuerant potius hoc qđ fecit ascribitur perturbationi eius ex horrore illius sceleris q rationi. vt distin. xiij. c. Quod ait. In quo frequenter ostendunt homines cōmittendo diuersa peccata vt liberent proximos a tribulationibus vel a peccatis: propter hoc dicēdo mendacia. addendo penuria vel alia mala Sed vt dicit Aug. Cū ad id venerit homo vt saluti proximi nisi peccando prouideri nō possit. iā se non existimet habere quod faciat. idest quod debeat facere. xxij. q. ij. c. Faciat. Nā cōtra ordinē charitatis est sue saluti nocere vt alteri subueniat. ¶ Nec est contra hanc sententiā q Moyses dñm rogauit vt deleret eum de libro suo: vt populo dimitteret peccatū idolatrie cōmissum in adoratōe vituli. Exodi. xxxij. Non enim sic est intelligendū tanq Moyses orauerit se priuari salute et deleri de libro viuentiū in gloria. Hoc enim irrationale fuisset sed petijt deleri de libro dei nō simpliciter: sed quantū ad consolationes multas: quas debebat a dño recipere in presenti. put scriptū in libro dei erat. idest preordinatū. vt ex hoc ppło illi parceretur de tanta offensa. ¶ Quod ergo dicitur q quicquid agant homines intentio iudicat omnes. intelligendū est hoc nō de his que mala sunt ſm se. sed de bonis seu indifferentibus. Unde dicit psalmista: ad hoc designandum. Inclinaui cor meū ad faciendas iustificationes tuas. nō mala opera: sed iustificationes. idest mandata tua: que seruata faciunt hominē iustū. ¶ Tertio intentio debз esse immaculata. idest q ille qui facit aliquod bonū. et propter deū non habeat in se maculā peccati mortalis. quia de operibus huiusmodi. et si bona intentione factis retributionez a deo non haberet in superna gloria. Unde apostolus dicit prima ad Cor. xiij. Si distribuero facultates meas in cibos pauperū: et tradidero corpus meū vt ardeā. s. pp deū seu pp fidē seruandā martyrio me exponā. charitatē autem nō habuero nihil mihi prodest. s. quo ad retributionē eternā. Charitas aūt nō cōpatit secū maculā alicuius mortalis: qui ergo est in aliquo peccato mortali. vt odio. luxuria. inuidie et hmōi: quātacūq supplicia sustineat pia intētione. s. pp deū: nō tū inde recipit retributionē glie. Sз aliq alia bona vt psperitatē: liberationē a multis picul is. dispositionē seu mollificationē cordis ad penitētiā. ad min' suppliciū in alia vita. Et sic remanet illud bonum irremuneratum. Et ad hoc signandum dicit

Ad intētionē rectam quattuor requiruntur

psalmista. In eternū peccator nō intēdit face
re iustificationes.i.mādata.in eternū.i.semp.
Sed protūc qñ facit aliqua de genere bonoꝝ
vt ieiunia.elemosynas.oꝛones.ꝛ hmōi.inten
tione retributionis ꝛ pmij. Sed qñ cōmittit
peccata:tūc nō inclinat coꝛ suum ad iustifica
tiones dei.imo ab eis recedit trāsgrediendo.
Cum aūt qs est in gratia ꝛ charitate hꝫ inten
tionē semp seruandi precepta dei. Unde psal.
xliiij. Pulchritudine tua intende.i.ex gfa que
est pulchritudo aie intētionem tuam dirige.
¶ Quarto intentio ad hoc vt sit recta opoꝛtet
ꝙ respiciat tanq̄ ad vltimū finē ad retributio
triplex nem dei. Sed notandū ꝙ est triplex retribu-
est retri tio a deo.s.tēpoꝛalitatis.penalitatis.ꝛ eterne
butio felicitatis. ¶ De pmo dicit Esaie.i.c. Oēs se-
dei. quuntur retributiones.s.tēpoꝛaliuꝫ. Et Luc.
xiiij. dicit saluatoꝛ. Cum facis prandiū aut ce-
nam noli vocare amicos ꝛ diuites:ꝛ fit tibi re
tributio.scilꝫ alicuius cōmodi tēpoꝛalis. Qui
igitur inclinat coꝛ suum.i.proponit ad facien
dū iustificationes dñi.i.ad seruādum manda
ta ꝛ ad faciendū bona propter hāc retributio
nem.vt.s.pspereturur a deo in tēpoꝛalibus.nō
habet rectā intētionem.vnde nec meret. Sic
ꝛ christus dixit quibusdaꝫ non recta intētione
eum sequētibus. Queritis me:non qꝛ vidistis
signa.sed qꝛ mādcastis ex panibus meis ꝛ sa
turati estis. Joā.vj. Quidam alij aliqua bona
faciūt hac intētione vt tēpoꝛalem gloꝛiā inde
ꝯsequantur.de quoꝝ numero fuerūt pharisei:
de quibus Christus ait. Oia opera sua faciūt
vt videātur ab hoībus Matthei.xxiij. Sed re
ceperunt mercedem suā:dixit ipse Matth.vj.
¶ De scđa retributione.s.penalitatis dicitur
Esaie.iij.ca. Ueh impio in malū. Retributio
enim manuū suaruꝫ.idest operū fiat ei. Et ad
Hebre.ij.ca. Omnis preuaricatio ꝛ inobediē
tia accipit iustam mercedē retributionis.s.pe
ne.qui ergo seruat mādata hac intentione pn
cipaliter pp̄ter retributionē pene infernalis.s.
euitandā:non hꝫ intētionem debitā:nec meri
toꝛie opat. Opoꝛtet enim ſm Aug.nō solū ti
mere deum iudicē ꝛ punitoꝛem peccatoꝝ.sed
etiā vt an ier pro gloꝛia.de pe.di.vij. Et regu
la iuris dicit.qui ex timoꝛe facit preceptū:ꝛ si
bonum est qđ facit:nō tñ benefacit. Sic etiaꝫ
qui cauent se a peccatis vel bona aliqua faciūt
vt nō flagellent a deo:ꝛ nō alia intētione prin
cipaliter parū vel nihil grati sunt.sicut achab
rex israel qui ex cōminatione Helye humilia-
tus est exterius deferēdo ciliciū ꝛ ieiunando:
ad euadendū penā sibi cōminatā.iij. Reg.xxi.
¶ De tertia retributione dicit apls de veris fi
delibus. A dño accipietis retributionem ad
Collo.iij. Et hāc esse magnā innuit sapiēs di
cens Eccl.xij.ca. Inuenies retributionē ma-
gnā. Et hoc simpliciter.qꝛ in hmōi retributio
ne ꝯtinent oia bona. Juxta illud ps. In custo
diēdis illis retributio multa. Et si aliqs inten
derit deo seruire:ꝛ mādata eius custodire p-
pter bona gloꝛie.s.diuitias.honoꝛes.pacē.se
curitatē.sanitatē.sapiētiam.gaudiū ꝛ alia hu
iusmodi bona:que iustis pmittunt in vltima
retributione:habendo respectū ad ista pncipa
liter ꝛ nō ad deū.adhuc nō esset recta intētio
sed amoꝛ mercēnarius quo seruus opat pp̄ter
mercedem pncipaliter ex laboꝛe ꝯsequēdam.
Sed seruiēdo pncipaliter deo bona faciendo
pp̄ter ipsum ꝯsequēdum in quo ꝛ ex quo sunt
oia predicta bona:qm̄ retribuēs est dñs vt di
cit Ecclesiasti.xxxv. Iste talis habet amoꝛem
filialē oculū simplicē perfecte intētionis bene
in gratia opando. Et propter hanc intētionē
semp meret ꝛ auget premiū eius. Sic ergo sit
oculus tu' simplex:vt dicē valeas cū ps. Incli
naui coꝛ meuꝫ ad faciēdas iustificationes ꝛc.

¶ Capitulum septimum. De electio-
ne prout est actus voluntatis.



Consequenter agendum
de actibus voluntatis qui sunt in
cōparatione eoꝝ que sunt ad finē
respectu quoꝝ voluntas dicit libe
rū arbitriū.eadeꝫ potētia realiter cum volūta
te sed differēs rōne. Hoꝝ p̄ vnus dicit electio.
Quod electio sit actus volūtatis nō rōnis pꝫ electio
per phm in.iij.ethic.qui dicit ꝙ electio est de est act'
siderium eoꝝ que sunt in nobis. Desiderium aūt volun-
est actus volūtatis. ¶ Sciēdum tñ ſm beatū tatis.
Tho.i.scđe.q.xiij.art.i.ꝙ electio importat in
noie suo aliqd pertinēs ad rōnem:ꝛ aliqd ptī-
nēs ad volūtatē. Dicit enim phs in.vj.ethic.
ꝙ electio est appetitus intellectiuus vel appe
titus intellect'. Quādocūq aūt duo ꝯcurrūt
ad aliquod vnū ꝯstituendū.vnū eoꝝ est vt foꝛ
male respectu alterius. Unde Greg.nicenus
dicit.ꝙ electio neq est appetitus ſm seipsam
neq ꝯsilium solū:sed aliqd ex his cōpositum.
Sicut enim dicimus aial ex aia ꝛ coꝛpoꝛe cō
positū esse. Neq coꝛpus esse ſm seipsam:neq
aiam solā:sed vtrūq:ita electionē. Est aūt cō-
siderādum in actibus aie:ꝙ actus qui vni' po
tentie essentialiter vel habitus.recipit foꝛmā
ꝛ specie a superioꝛi potentia vel habitu.ſm ꝙ
oꝛdinatur inferius a superioꝛi. Si enim aliqs
actum foꝛtitudinis exercet propter dei amo-
rem.actus qdem ille materialiter est foꝛtitu-
dinis.foꝛmaliter autem est actus charitatis.
Quāuis ergo ratio quodāmodo volūtatē pre
cedat ꝛ oꝛdinet actum eius:inquātum sciꝫ vo
luntas tendit in obiectū suum ſm oꝛdineꝫ ra-

tionis: et q̄ vis apphẽsiua appetitiue suū obie ctū repñtet. tñ in huius substãtia actus mãliter se hȝ ad ordinē qui imponit a supiori potẽtia. Et ideo electio nõ est actus rõnis sed volũtatis. Perficit enim electio in motu quodam aie ad bonū qd̄ eligit. Et q̃uis electio importat quandã collationē qua vnū alteri preferẽ. Cõferre autem licet sit rõnis. tñ electio nõ est essentialiter ipa collatio. sed collatio est precedēs ad electionē. ¶ Electio nõ est brutorum.

electio non est brutoꝝ nec pueroꝝ. Unde Grego⁹. nicenus dicit q̄ irrõnabilia ꝛ pueri nõ eligũt. Ratio hui⁹ est ẽm. b. Tho. vbi supra. art. ij. q̄ cum electio sit pacceptio vnius respectu alterius. necesse est q̄ electio sit respectu pluriū que eligi pñt. Et ideo in hiȝ que sũt penitus determinata ad vnū: electio nõ hȝ locum. Est aũt dĩa inter appetitum sensitiuū ꝛ intellectiuū seu volũtatē. qꝛ appetitus sensitiuus est determinat⁹ ad vnū aliqd̄ particulare ẽm ordinē nature: vt ex pdictis pȝ. Uoluntas aũt ẽm ordinē quidē nature determinata est ad vnū cõe qd̄ est bonū: sed indeterminate se hȝ respectu particulariū bonoꝝ. Et ideo ppẽ volũtatis est eligere. nõ aũt appetitus sensitiui qui solum est in brutis. ꝛ ideo eoꝝ nõ est electio.

Differt appetē ꝛ eligē ¶ Q̃uuis aũt aialia appetant aliqd propter finē vt comedē pp̄ter viuere: nõ tñ in eis est electio. qꝛ nõ ois appetitus alicuius pp̄ter finē vocat electio. sed opꝫ q̄ fit cuȝ quadã discretiõe vnius ab altero: qd̄ esse nõ põt nisi vbi appetitus põt ferri in plura. ¶ Itē q̄ brutum aial pacceipit vnū potius q̄ alterū: vt ouis vnã herbã ꝛ nõ aliam absq̄ electione mouet in illud. sicut etiã ignis absq̄ electione mouet sursum nõ deorsum. Statim. n. qd̄ per sensuȝ vel imaginationē repñtat bruto aliqd ad qd̄ nãliter inclinat eius appetitus: absq̄ electione in illud mouet. ¶ Qd̄ etiã appareãt alique mirabiles sagacitates in qbusdã aialibus. vt canibus. apibus ꝛ hmõi. pcedit hoc inq̃tū habẽt nãleȝ inclinationē ꝛ instinctū ad quosdã ordinatissimos pcessus. vtpote a sũma arte diuina ordinatos. Sicut ꝛ sagitta directe tendit ad signū ex motione sagittãrii: ac si haberet rõneȝ dirigētē: ꝛ pp̄ hoc dicunt illa aialia sagacia ꝛ prudētia: ꝛ non quia in eis sit ratio vel electio.

¶ Electio est eorum que .§. j.

electio est medioꝝ. sunt ad fineȝ. sicut voluntas est finis. vt dicit phs in. iij. ethiē. humanoꝝ actuū ꝛ possibilis. ¶ Pro huius declaratiõe dicit. b. Tho. pma scḋe. q. xiij. arti. iij. q̄ electio ꝯsequit sniam seu iudiciū: qd̄ est sicut ꝯclusio sillogismi opatiui. Unde illud cadit sub electiõe. qd̄ se hȝ vt ꝯclusio in sillogismo opabiliū. finis aũt in opabilibus se hȝ vt pũm. ꝛ nõ vt ꝯclusio. vt dicit phs in. ij. phisiē. Unde finis inquãtum huiusmodi non cadit sub electione. Sed ꝯtingit q̄ id qd̄ est in vna opatione vt finis. in alia operatione ordinat ad aliqd vt ad finē. Et hoc modo sub electione cadit finis. sicut in opatione medici sanitas se habet vt finis. Unde hoc non cadit sub electione medici: sed hoc psupponit tanq̄ pncipiū. Sed sanitas corporis ordinat ad bonum cõe aie. Unde apud eum qui hȝ curã de salute aie. põt sub electione cadere esse sanus vel esse infirmū. Nam ꝛ apls dicit. Cum infirmor tũc fortior sum ꝛ potẽs. ij. ad Corinth. xij. Sed vltimus finis nullo mõ sub electione cadit. sicut etiã id qd̄ est principium in vna sciẽtia vel demõstratiõe põt eẽ ꝯclusio in altera sciã vel demõstratione. Sed pmū principiū indemõstrabile in nulla potest sciẽtia esse ꝯclusio.

Respectu humanoꝝ actuum solū est electio ¶ Est etiam electio solum respectu humanoꝝ actuū: qꝛ vt dicit pha in. iij. ethicoꝝ. Nullus eligit nisi qd̄ extimat fieri per ipm. Qd̄ sic declarat. b. Tho. vbi. s. art. iiij. Sicut intẽtio est finis. ita electio eoꝝ que sunt ad finē. Finis aũt vel est actio vel res aliqua: ꝛ cū res aliqua fuerit finis: necesse est q̄ aliqua humana actio interueniat. vel inq̃tum hõ facit rem illã que est finis sicut medicus facit sanitatē que est finis illius. Unde facere sanitatē dĩ finis medici. vel inquãtum hõ aliqua vtit vel fruit re que est finis. sicut auaro finis est pecunia vel possessio pecunie. Et eodē modo dõm est in eo qd̄ est ad finē. qꝛ necesse est q̄ illud qd̄ est ad finē. vel sit actio vel res aliqua interueniẽte aliqua actione per quam facit illud quod est ad fineȝ vel vtitur eo ꝛ sic electio est semper humanorum actuum.

electio solū est possibilium. ¶ Est etiam electio possibilium tantum. Unde philosophus dicit. iij. ethicorum. Electio non est impossibilium. Huius rõ est ẽm. b. Tho. vbi. s. ar. v. qꝛ vt dictū est. Electiones nostre referunt semp ad actiões nraᷤ. Ea aũt que per nos agunt sunt nobis possibilia. Unde de necessitate est dicē q̄ electio non sit nisi possibiliū. Siliter ratio eligẽdi aliquid est. vt ex hoc qd̄ ducit ad finē possimus ꝯsequi fineȝ. Per id autē qd̄ est impossibile nõ põt qs cõsequi finē. Cuius signū est q̄ cum in cõsiliando puenerit hoies ad id qd̄ impossibile. discedunt quasi nõ valentes vlterius pcedere. Uolũtas igitur completa nõ est nisi de possibili. Sed volũtas incõpleta que dicit a quibusdaȝ velleitas: põt esse de impossibili: quia. s. vellet illud si esset possibile. Et qꝛ electio noiat actuȝ volũtatis determinatum: ad id quod est huic agēdum. Ideo nõ põt esse de impossibili. Et qd̄ Bñdictus dicit in regula: q̄ si platus aliqd pcepit impossibile a subdito est tẽtãdaȝ. Hoc ideo dicit: qꝛ an aliquid sit possibile: vel non

subditus nõ debet suo iudicio diffinire. sed in vnoquoq[ue] iudicio superioris stare. ¶ Electio autem nõ est ex necessitate in hoie: q[uia] qd possibile est nõ esse: non necesse est esse. Huius ratio ex duplici hois potestate accipi potest s[ecundu]m be. Tho. vbi. s. arti. vi. Potest enim homo velle & nõ velle. potest agere & nõ agere. põt agere hoc vel illud. & velle hoc vel illud. Cui[us] ratio ex ipsa virtute rationis accipit. Quicquid enim ratio põt apprehẽdere vt bonum: in hoc voluntas tẽdere põt. potest aũt ratio apprehẽdere vt bonũ nõ solũ hoc qd est velle aut agere. sed etiam hoc qd est non velle aut nõ agere. Et rursus in oibus particularib[us] bonis potest cõsiderare rõnem boni alicuius: & defectũ alicuius boni qd h[abe]z rõnem mali. Et s[ecundu]m hoc põt vnũquodq[ue] hor[um] bonor[um] app[re]hendere: vt eligibile aut fugibile. Solum aũt p[er]fectũ bonuz qd est beatitudo. nõ põt ratio app[re]hendere sub rõne mali aut alicuius defectus. & ideo ex necessitate homo beatitudinẽ vult: & nõ põt velle nõ esse btũs: aut esse miser. Electio aũt cum nõ sit de fine: sed de his que sunt ad finem vt dictũ est. nõ est p[er]fecti boni qd est btitudo. sed aliquor[um] particularium bonorum. Et ideo homo non ex necessitate: sed libere eligit.

Smo d vno cõfessore

¶ Circa materiã ele- .§.ij. ctionis põt induci illud ps. lxiiij. Beat[us] quẽ elegisti & assumpsisti inhabitabit in atrijs tuis. Signanter aũt dicit in singulari. Btũs quem elegisti &c. Nam vt dicit saluator Matth. xx. Et iter. xxij. pauci sunt electi. Nec est contra hanc sniam illud qd Joãnes dicit de electis Apoc. vij. Vidi turbam magnã quã dinumerare nemo poterat ex oibus gentibus stantes ante thronũ. Nam electi & si in se p[ro]pter multitudine a nobis quasi innumerabiles sunt. respectu tñ reproborũ pauci sunt. Exẽpli gratia. Sextarius vel saccus auene in se quasi innumerabilis est respectu tñ totius arene maris qd paucum est. Sic & electi respectu prauor[um] pauci sunt: & isti demum beati. Juxta illud qd dictum est per ps. Btũs quẽ elegisti & assumpsisti inhabitabit in atrijs tuis. Ubi pñt notari tres electiones s[ecundu]m deum.

¶ Prima est eternalis ad supernam felicitatẽ ibi. Beatus quem elegisti.

¶ Secunda est rationalis ad humanam dignitatem. ibi. & assumpsisti.

¶ Tertia electio est virtualis per nr̃am voluntatem. ibi. inhabitabit in atrijs tuis.

¶ Prima igitur electio .§.iij. est dei ab eterno: qua videl[icet] eligit ex toto humano genere beatificãdos in glĩa. de qua apostolus ad Ephes. j. inq[ui]t. Benedixit nos deus in bñdictione sp[irit]uali. i. plena benedictione. in celestibus: idest in gloria. in christo. idest per merita christi. sicut elegit nos in ipso ante mũdi cõstitutionem. Qui autem & quot sunt isti electi solus ille nouit qui elegit. Unde & in ecclesie oratione dicitur. Soli deo est cognitus numerus electorũ in superna felicitate locãdus. nos autem & si per certitudinem scire nõ possumus. per aliqua tamẽ signa data ab ipso in scriptura coniecturare valemus. Et vt hec signa in nobis experiantur: hortatur Petrus apostolus in secũda canonica caplo primo dicens. Satagite vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Hec autem signa sunt tria que notat sapiens Eccle. xlv. dicens. Elegit eum dñs ex omni carne & dedit illi cor ad precepta et legez vite & discipline. Ubi tria nota signa huius electionis.

¶ Primum est abdicatio malaruz delectationum. ibi. Elegit eum dominus.

¶ Secundum est obseruatio diuinorum preceptorum. ibi. Dedit illi cor ad precepta.

¶ Tertium est frequentatio sacrorum eloquiorum. ibi. Legem vite & discipline.

¶ Quantum ad primum: quãuis proprie loquatur sapiens de Moyse, tamen & intelligi potest, de quolibet alio electo. Unde & hoc canit ecclesia de beato Thoma de Aquino. et de quibusdam alijs. & vult dicere q[uod] quem deus eligit extra. hic ab omni carne. idest delectatione carnali. delebit inquit dominus ad Noe in figurã omnez carnem. Est enim multiplex caro: scilicet leonum. vrsorum. porcor[um]. canum. hominum. & huiusmodi. Et caro quidem leonis est delectatio quam sibi querunt superbi in honoribus suis. Caro vrsorũ est cõplacentia quam sibi querunt gulosi in crapulis suis & ebrietatibus. Caro porcorum est voluptas lasciuorum quam querunt in immunditijs suis. Caro hominum est delectatio sensualis quã habent aliqui ad suos propinquos & amicos: & sic de alijs. Debet igitur dominus aquis diluuij infernalis delere omnẽ carnem: idest omnes in carnalibus & vitijs se delectantes. Et hoc est etiaz quod ait apostolus, Caro & sanguis regnum dei non cõsequẽtur. j. Corinth. xv. idest delectationes prauas sequentes. Jmpossibile enim est vt ait Hieronymus vt presentibus quis & futuris fruatur bonis & de delitijs transeat ad delitias. Unde & saluator ad discipulos electos ad supernam felicitatem ait. Ego elegi vos de mundo. id est de vitijs & delectationibus mundi. Et ad Ephesios. j. apostolus ait. Elegit nos. scilicet deus vt simus sancti & puri. Sic fuit electus beatus Thomas a deo extractus de aquis

primũ signũ diuine electionis.

gen. 7. multiplex est caro.

mūdane vanitatis: ꝛ delectatiōis velut alter Moyses. De quo di ad Hebr.xi.ꝙ elegit magis affligi cū ppło dei ꝙ tpalis peccati hře iocūditatē. pꝫ aūt hoc pmaxime in btō Tho. et gestis circa puella ad eū introductā ꝛc. ¶ Quātum ad scdm. Certū est ꝙ electus dei volūtatem hēt efficacē ad obseruādū diuina mādata: que sunt de actib⁹ vtutū. Vñ psal. ait. Mādata tua elegi. s. ad obseruādū. Ad qđ tñ necessaria est diuina gra: que ꝛ velle facit: ꝛ obseruare ipsa dei mādata. Vñ di in dicta auctoritate. dedit illi. s. de⁹: cor idest voluntatē ad pcepta. s. obsuāda. Ad efficacē aūt voluntatē semp sequit opatio si adsit possibilitas. Sicut aūt illi qui verent ꝛ multū diligūt ali. quē supiorē seu prelatū. nō solū pcepta facta ab eo sub graui pena: sed etiā simplicia monita hñt eis vt debita obsuari. Sic ꝛ electi dei nō solū pcepta legis eius: sed etiā simplicia documēta ꝛ cōsilia conant seruare si possunt. Et ita bona incipiāt vt ad pfectiora se extendāt. Vñ Greg. sup Ezech. Electi qui ꝑ sic ad bona tēdunt. vt ad mala ppetrāda nō redeāt Sed vsqꝫ ad finē vite in vtute pficiāt. de pe. dist. ij. Nō reuertebant. Sicut Moyses seruauit mādata. sic be. Tho. a pueritia sua diuina cepit seruare mādata: nunqꝫ eorꝫ aliqđ transgrediendo: qꝛ nunqꝫ cōmisit mortale petm̄. ꝛ amplectēs diuina et ꝯsilia p ingressū religionis semp pfecit. ut pꝫ in legēda. ¶ Quātū ad tertiū nota ꝙ quē deus eligit: īfundit sibi magnum effectū circa diuina eloqa. Vñ ꝛ ipse. q sapia eterna est dicit. Magis ꝙ aurū ꝛ argētū sapiam eligite. Prouerb. viij. Sapia precipue di scriptura sacra fm btm̄ Tho. in pma pte. q. i. qꝛ plenius et verius docet de diuinis ꝙ quecūqꝫ alie doctrine. Dicit ergo sapiēs ꝙ dedit illi legē vite ꝛ discipline. s. ad intelligēdū ꝛ docēdum. Et di lex vite. qꝛ vitā cōfert anie obseruātis. Nō solū enim illumināt itellectū diuina eloqa. sed etiā accendūt affectū. Nunqd non vba mea sunt quasi ignis dicit dñs p Hieremiā: quasi diceret vtiqꝫ. qꝛ incēdunt ad dilectionē anime. Vñ di Sap. vij. Infinitus thesaurus est hoibus sapia. Quo qui vsi sunt participes facti sunt amici dei. Sicut autē Moyses fuit eruditus in omni scia egyptiorū ꝛ chaldeoꝝ. Actu. vj. Et maxime in diuina sapiētia. Sic btūs Thomas eruditus fuit i sciencia: tā seculari ꝙ diuina. ꝛ pmaxime in theologia. quā ꝛ magno studio ꝛ oronis suffragio acquisiuit: ut patet in legenda.

Psal. cxviij.

Hiere. 23.

¶ Secundum genus ele- . . §. iij.

ctionis fm deū extūs est ad humanā dignitatē qđ est rōnabilr factū: que notari pōt in eo quod dicit ps. Et assumpsisti. Assumi dicit cōmune locutione: qui ad altius aliquid sumit cōmuni statu. Vñ apłs ad Heb. v. Omnis pontifex ex hoibus assumptus. s. est. Et cū paulū ꝛ barnabā dñs elegit ad predicandū gentibus: qđ est officiū presidentiū dixit. Segregate mihi paulū ꝛ barnabā in opus ad qđ assumpsi eos Act. xiij. Et hoies quidē errare possūt in eligendo seu assumendo indignū: sed deus errare nō pōt. Et iđ beatus quē elegisti ꝛ assūpsisti. Et nō solū beat⁹ ē quia sumit a deo i pfationē. rōnabilr exercēs eā: sed ꝛ beatissimus super alios. Vñ Aug. Nihil difficilius est epi vel presbyteri vel dyaconi dignitate. Sꝫ apđ deū nihil beatius si eodē mō militet quo impera̓tor noster iussit di. xl. ante oia. ¶ Ad hoc autē vt ista electio sit rōnalis tria requirunt. Primū est qđ fiat sine precedenti ambitione. Secundū ꝙ fiat congruenti assumpti dispositiōe Tertiū ꝙ fiat concurrenti regulari consensione. ¶ Quantū ad primū dicit beatus electus nō qui se ingerit ad dignitatē sed qui assumit a deo ꝛ hoibus. Vñ. n. dicit Leo papa. Principatus quē metus extorsit aut ambitus occupauit: et si moribus aut actibus suis nō offendat. ipsi⁹ tñ initij sui est perniciosus exemplo i. q. i. Et Crisost. qui desiderauerit principatum in terra inueniet confusionē in celo. Sicut dominus elegit seruū suū Dauid in regē. qui non querebat neqꝫ cogitabat de regimine ꝟ oues custodiebat in deserto. Nō aūt elegit aliquē aliū ex septē fratribus eius de quibus fm apparentiā videbat Samueli. historiam vide. i. Reg. xvi. ¶ Scđm qđ requirit est congrua dispositio eligendi seu assumendi in etate videlicet conuenienti fm canones: scientia competenti ꝛ vita decenti. vt extra de elec. Cū in cūctis. Sic dñs Jhs elegit pmos rectores ꝛ pastores nō pueros: quos sapientia sua doctissimos fecit. ꝛ sanctitate perfectissimos: dicēs eis Ego vos elegi vt eatis ꝛ fructū afferatis. s. cōuersionis aiaꝝ. Hinc ꝛ Simachus pa. Vilissimus cōputandus est si sanctitate ꝛ scientia nō precellat: qui est honore prestantior. i. q. i. Vilissimus. ¶ Quantū ad tertiū: vt. s. rōnabiliter fiat electio ad dignitatē requirit consensus eligentiū omniū vel maioris partis qui remota omni affectione persone ꝛ munere pecunie ꝛ prece eligere debent quē credunt magis proficere. Vñ Moyses principatū suū nō dimisit filijs sine consanguineis: sed extraneis de alia tribu. s. Jesu naue. Sed nūc vt ait Hiero. plurimi querunt colūnas in ecclesia eligere. non quos plus cognoscunt ecclesie prodesse. Sed quos vel ipsi amant. vel quoꝝ sunt obsequijs deliniti: vel pro quibus maioꝝ quispiā rogauerit.

Ad electionē rōnalē tria requirit.

rit ꝛ vt deteriora taceā. qui vt clerici fierēt mu
neribus impetrauerunt. viii.q.i. Moyses ꝛ iō
in hmōi electionibus premitti dꝫ oio: vt fece
runt apli in electione Mathie dicentes. Tu
dñe qui corda oīum nosti: ostende quē de his
duobus elegeris. Act.i. sic. b. Tho. ad digni
tatē magisterij assumptus fuit: nō hoc querēs
sed coactus obedientia. vt pꝫ ex legenda.

¶ Tertia electio est ducens .§.v.

ad beatitudinē que fit virtualiter per nostram
voluntatē qḋ notaṫ ibi. Inhabitabit in atrijs
tuis. Nō dicit ponet vel ligabit sed inhabita-
bit.i. voluntarie stabit i atrijs tuis. Atria erāt
porticus seu claustra circa tēplū per que acce-
debaṫ ad ipsum. ꝛ significant habitacula seu
conditiones virtutū per quas pꝫ accessus ad
tēplū militantis ꝛ triūphantis ecclesie. Null⁹
aūt cogiṫ ad virtutes. sed electione proprie vo
luntatis in eas ingrediṫ. ꝛ inhabitat quis. vñ
Ambro. Voluntariū sibi militē elegit christ⁹
voluntariū sibi seruū dyabolus actiocinatur.
xv.q.i. Nō est. ¶ Sunt aūt precipua tria dñi (tria sūt atria dñi)
atria. in quibus voluntas electoꝝ eligit inha-
bitare. Primū est sui humiliatio. Secundum
est dei contēplatio. Tertiū est aduersi tolera-
tio. De primo dicit Ps. lxxxiij. in persona cu-
iuslibet electi. Elegi abiectus eē in domo dei
idest despectus ꝛ contēptus. Vñ ꝛ quasi se de
clarans: dixit michol vxori sue. Vilior fiā plus
ꝗ̄ factus sum ꝛ humilis ero. ij. Re. vj. Ut eniꝫ
dicit Grego. Euidentissimū signū electoꝝ ē
humilitas: sicut reproboꝝ superbia. De humi-
litate beati Thome habes qñ associauit illuꝫ
procuratorē extra pro negocijs conuentus ꝛ
in occultatione sue scientie. vt patet in legen-
da. ¶ Secundū atriū in quo eligit voluntas
sancti inhabitare. est contēplatio. Hic. n. repe
rit magnā quietē ꝛ gustū suauē dei. vnde sal-
(Luc.x.) uator de hac loquens ait Maria. i. magdale-
na optimā partē elegit que nō auferetur ab ea.
Hic. n. incipit vita contēplatiua: nec deficit in
alia vita vt actiua sed perficiṫ. Ad hanc tamē
nō est ydoneus nisi bene purgatus a passioni-
bus. Unde in figurā dicit. Exo. xix. Bestia ꝗ̄
tetigerit montē. i. cōtēplatōis lapidabiṫ lapidi
bus. i. erroꝝ ꝛ fantasiaꝝ irrationabiliū. Bestia
signat hoiem passionatū ꝛ rudē. Permaxime
hoc atriū inhabitauit. b. Tho. qui frequenter
rapiebaṫ in extasi. vt patet qñ crucifixus ei lo
cutus est neapolim: ꝛ alibi. ¶ Tertiū atrium
est toleratio aduersoꝝ. Eligūt. n. sancti pro-
posito voluntatis sustinere oia aduersa patiē-
ter. Vñ de sanctis illis machabeis dī ꝙ ele-
gerunt magis mori ꝗ̄ cibis inquinari immun-
dis: ꝛ voluerūt ifringere legē dei. i. Mach. i. vt
scꝫ euaderēt mortē sustinētes fortiter cruciat⁹
sed ꝛ deus vt dicit Greg. ab electis suis tem-
porali afflictione maculas peccatoꝝ curat ter
gere: quas in eis in eternū nō vult videre. de
pe. di. i. si peccatū. Hoc igiṫ considerantes ele
cti eligunt sponte ꝛ aliqñ desiderant pati ad-
uersa. sic ꝛ. b. Tho. patienter portauit molesti
as ꝛc. ꝛ si patimini propter iustitiā beati. Bea
tus ergo quem elegisti ꝛc.

¶ Capl'm. viij. de consilio.



DE cōsilio quod precedit
electionē quid sit de quo dicitur (Quid ē cōsiliuꝫ)
Eccl. xxxij. c. Oia fac cū consilio
scꝫ rōnis. Ubi sciendū ꝙ consiliū
est quedā mentis inquisitio. ¶ Pro cuius de-
claratione dicit. b. Tho. pma secunde. q. xiiij.
ar. i. ꝙ electio vt dictum est consequiṫ iudiciū
rōnis de rebus agendis. In rebus aūt agen-
dis multa incertitudo inuenitur: qꝛ actiones
sunt circa contingentia singularia que ꝓpter
sui variabilitatē incerta sunt. In rebus auteꝫ
dubijs ꝛ incertis. rō nō profert iudiciū seu sē-
tentiam absq̄ ꝓcedēti inqsitiōe: ꝛ iō necessa-
ria est inqsitio rōnis aṅ iudiciū de eligendis. ꝛ
hmōi inqsitio consiliū vocaṫ. Propter qḋ phs
dicit in. iij. ethi. ꝙ electio est appetitus precō-
siliati. ¶ Pertinet autē cōsiliū nō solū ad ra- (ad quā potētiā cōsiliuꝫ ꝑtinet.)
tionē: sed et ad voluntatē: sicut ꝛ electio etiaꝫ.
Nā in actu voluntatis q est electio apparet ali
quid rōnis. s. ordo. ꝛ in cōsilio qḋ est actus ra-
tionis apparet aliqd volūtatis sicut mā: qꝛ cō
silium est de his que homo vult facere. ꝛ etiaꝫ
sicut motiuum: qꝛ ex hoc ꝙ homo vult finem
mouetur ad consiliandum de his que sunt ad
finē. ꝛ ideo sicut phs dicit. i. vj. ethi. ꝙ electio
est intellectus appetitiuus vt ad electionem
vtrūq̄ cōcurrere ostēdat. Ita Damas. dicit ꝙ
cōsiliū est appetitus inqsitiuus. vt cōsilium ali
quo mō ꝑtinere ostēdat ad volūtatē circa quā ꝛ
ex ꝗ̄ fit inqsitio: ꝛ ad rōnē inqrētē. Cū aūt di-
cit apls ad Eph. .de deo. ꝙ opaṫ oia ꝑm cōsi-
liū volūtatis sue. sciendū ꝑm Tho. vbi. s. ꝙ cū
in nobis ex inqsitiōe ꝗ̄ dī cōsilium ꝑueniat cer
titudo iudicij seu sententie. consilium inquan
tū attribuiṫ deo importat solum certitudineꝫ
ꝛ sentētie iudicij. nō aūt inqsitionē ꝗ̄ fit ꝑ dis-
cursum. Et ꝑm h dicit Damas. ꝙ de⁹ nō ꝯsiliaṫ
Ignorātis. n. ē ꝯsiliari qḋ in nobis ē nō i deo.
Quāuis autē virginitas ꝛ hmōi sint bona cer
ta nō dubia. Certa qdē sunt ꝑm sententiā sapi
entum ꝛ spiritualium viroruꝫ. sed incerta sunt
ꝑm sensum carnalium hominum ꝛ plurium. ꝛ
ideo non incongrue de his dantur consilia.
Iuxta illud. i. Choꝝ. vij. De virginibus prece
ptum non habeo. consilium autem do.

¶ Consilium de quibus .§.i. rebus sit. Ubi nota q̃ ſm.b. Tho.vbi.s.ar.ij. Cõsiliũ est tm̃ de his que sunt ad finẽ. vt dicit Greg.nicen⁹. Cuius rõ est.qr finis in opabilibus hȝ rõnẽ principij eo q̃ rões eoꝝ que sunt ad finẽ ex fine sumunt. Principiũ aũt non cadit sub questione seu inqsitõe. sed principia oꝫ ꝓsupponere in omni inqsitõe. Uñ cũ ꝯsiliũ sit questio seu inqsitio. De fine nõ est ꝯsiliũ sed solũ de his que sunt ad finẽ. Cõtingit tñ q̃ id qđ est finis respectu quarũdã opationũ ordinari ad aliũ finẽ. ¶ Est ẽt cõsiliũ de his que sunt in nobis.ꝛ que per nos fieri põt vt dicit Gregor. nicen⁹. Nã si de factis alioꝝ cõsiliũ querimus hoc est inquantũ reputant̃ vnũ nobiscũ: vel ꝑ vnionẽ affectus.sicut in factis amicoꝝ cõsiliamur.vel ꝑ modũ instrumẽti. Nã agens instrumentale ꝛ principale sunt quasi vna cã cũ vnũ agat ꝑ alteꝝ. ꝛ sic dñs cõsiliat̃ de his que sunt agẽda ꝑ seruũ ſm.b.Tho.vbi.s. ¶ Pro maiori declaratiõe sciẽdũ q̃ ꝯsiliũ ꝓprie importat collationẽ iter plures habitã nõ tñ quorũcũq; qr nõ vniuersaliũ.ꝛ necessarioꝝ. sed de rebus agendis.qđ ẽt ipsum nomẽ designat. Dicitur enim cõsiliũ quasi cõsidiũ eo q̃ multi cõsidẽt ad sit conferendum. Est aũt considerãdũ q̃ in particularibus cõtingentibus ad h̃ q̃ aliquid certũ cognoscat̃ plures cõditões seu circũstantias cõsiderare oꝫ.quaꝫ ab vno nõ est facile cõsiderare. ſȝ a pluribus certius repiunt̃. vñ qđ vnus cõsiderat alij nõ occurrit. In necessarijs ꝛ vniuersalibus nõ sic ſȝ ꝑ se vnus sufficere põt Appetit̃ aũt cognitio veritatis in hmõi. non q̃ ꝑ se habeat aliqđ magnũ.vt cognitio vniuersaliũ ꝛ necessarioꝝ ſȝ appetit̃ ſȝ q̃ ẽ vtilis ad opatões.qr actiões sunt circa cõtingẽtia.ꝛ iõ ꝓprie cõsiliũ est de his que agunt̃ a nobis. Fit ẽt cõsultatio de futuris euẽtib⁹ qui nõ sunt in nr̃a potestate. Sȝ h̃ est inquantũ ꝑ futuroꝫ euẽtus cognitõa hõ dirigit̃ ad aliqđ faciẽdũ vł vitãdũ.ꝛ sic cõsiliũ est nõ solũ de his que agunt̃ ſȝ ẽt de his que ordinant̃ ad opatiões. ¶ De his aũt duob⁹ q̈uis agant̃ a nobis nõ dr̃ esse cõsiliũ q̈uis ordinent̃ ad finẽ vt dicit ph̃s: scꝫ de rebus paruis que paꝝ iuuãt vel impediũt. qđ aũt paꝝ est quasi nihil accipit rõ. Scđm ẽ de quo nõ ꝯsiliamur. Ea q̃ determinata sunt qualiter fieri debeãt.sicut est in opib⁹ artiũ q̃ hñt certas vias opandi.sicut scriptor nõ ꝯsiliatur quomodo lr̃as trahere debeat. In opibus ergo artiũ nõ est cõsiliũ ꝓterq; in opibus artiũ que sunt cõiecturales.vt dicit Grego. nicen⁹ vt puta negociatiua ꝛ medicinalis.quãuis autẽ electio sit de oĩb⁹ his que agunt̃ ꝑ nos. ꝛ electio ꝓsupponat ꝯsiliũ h̃ nõ est nisi rõne iudicij ꝛ sentẽtie q̃ ꝓsupponat̃ cõsiliũ in electiõe. Unde qñ iudiciũ vel sentẽtia mãifesta est absq; inqsitõe nõ reqrit̃ cõsilij inqsitio. In rebus enim manifestis rõ nõ inqrit.ſȝ statim iudicat.

¶ In consilio quomodo .§.ii. ꝓcedat. Ubi sciẽdũ q̃ vt dicit ph̃s in.iij. ethi. ille qui cõsiliat̃ videt̃ querere ꝛ resoluere ꝛ sic ꝓcedit̃ mõ resolutorio.qđ sic declarat beat⁹. Tho.vbi.s.ar.v. In omni inqsitiõe oꝫ incipe ab aliquo principio.qđ qđẽ sicut est pmũ in cognitiõe:ita ẽt sit prius in eẽ.nõ est ꝓcessus resolutorius.ſȝ magis cõpositiuus. Nã cãe sunt simpliciores effectibus.si aũt id qđ est pmũ in cognitõe sit posteriuꝫ in eẽ est ꝓcessus resolutorius.vtpote de effectibus mãifestis iudicam⁹ resoluẽdo in cãs simplices. Pricipiũ aũt in inquisitione cõsilij est finis q̃ qđẽ est prior in intentione posterior tñ in eẽ.ꝛ ſm hoc oportet q̃ inqsitio consilij sit resolutoria. incipiẽdo.s. ab eo q̃ in futuro intendit̃ quousq; perueniat̃ ad id qđ statim agẽdũ est. ¶ Et q̈uis consilium sit de his que agunt̃ a nobis.ꝛ operatiões nr̃e nõ ꝓcedãt mõ resolutorio.sed magis cõpositiuo.s. de simplicibus ad cõposita. tñ ratio operationũ accipit̃ ex fine. ꝛ hinc est q̃ ordo ratiocinandi de opationibus est contrari⁹ ordini operandi. ¶ In ipsa aũt inqsitione consilij nõ est ꝓcessus in infinitũ. sed ipsa inqsitio cõsilij est actu finita ex duplici parte.s.ex parte principij:ꝛ ex parte termini. Accipit̃ aũt in inqsitione cõsilij duplex principiũ. Unũ ꝓprium ex ipso genere operabiliũ: ꝛ hoc est finis: de quo nõ est cõsiliũ vt dictũ est. sed supponit̃ in consilio vt principiũ aliud quasi ex alio genere assumptũ. Hmõi aũt principia que in inquisitione cõsilij supponunt̃.sunt quecũq; per sensum accepta sunt. vtpote q̃ hoc sit panis vel ferrum.ꝛ quecũq; sunt per aliquã scientiaꝫ speculatiuã vł practicã in vniuersali cognita. sicut q̃ mechari est ꝓhibitũ a deo.ꝛ q̃ hõ non põt viuere nisi nutriat̃ cõueniẽti nutrimẽto. ꝛ de his nõ inqrit cõsiliator. Terminus auteꝫ inqsitionis est id qđ statim est in potestate nr̃a vt faciamus. sicut.n. finis hȝ rõnẽ principij. ita id qđ agit̃ ꝑ finẽ hȝ rõnẽ ꝯclusionis. Unde id qđ primo agendũ occurrit hȝ rõnẽ vltime cõclusionis.ad quã inqsitio terminatur nihil aũt ꝓhibet cõsilium potẽtia infinitũ esse ſm q̃ in infinitũ põt aliqua occurrere consilio inqrenda.ꝛ licet in singularibus contingentibus nõ possit aliqđ certũ accipi simplr̃ tamen vt nũc put assumit̃ in opatõe põt accipi vt certũ. ¶ De cõsilio loquẽs Ps.alt. Deus glorificatus est in consilio sanctoꝝ. Sancti ex consilijs que sibi assumunt ꝛ alijs tribuunt; osten-

Cõsiliũ solũ est circa media.

Cõsiliũ est de his que a nobis agunt̃

De duobus nõ cõsiliamur.

In cõsilio quõ ꝓcedat

In inqsitione consilij non est ꝓcessus in infinitum.

Psal. lxxxviij

dant magnā sapientiā ꝛ prudentiā cuꝫ ex eis multis obuient malis. ꝛ magna bona procurent. ꝛ cū hanc sapientiā ꝛ prudentiā ex se non habeant sed a deo: inde glorificatur deus ab hoibus. magnificaꝫ ꝛ exaltaꝫ ex ipo cōsilio sanctoꝝ. qđ pꝫ per exēpla. Nā sanctus Joseph ꝑnunciata fertilitate septē annoꝝ fructuū terre ꝛ exinde maxima sterilitate septē alioꝝ annorū ſm somniū pharaonis. consiliū dedit ipsi regi pharaoni. vt in annis fertilitatis reponeret maximā quantitatē frumenti ad prouidendū sterilitati. seu penurie venture vt habetur Gen̄. xli. quo facto mirabiliter glorificatᵘ est deus. ex consilio ꝛ prouidētia sancti illiᵘ. Sic sanctus Daniel prīusꝗ declarauit regi nabuchodonosor terribilē sententiā ei iminentē ſm somniū eius dixit. Placeat tibi o rex consiliū meū. ꝛ peccata tua elemosynis redime. Dan. iiij. quibus peractis dilata est sententia ꝑ annū: quā postea incurrit per superbiā. Sꝫ ex cōsilio ꝛ oratione Danielis infra tempus statutū sue mutationis in animal brutū ſm apparētiam reducebaꝫ aliquādo ad sensum ꝑpriū ꝛ deflēs peccatū suū reuertens ad statū pristinum repositus est in regno suo: ꝛ inde glorificatᵘ est deᵘ ex cōsilio ꝛ adiutorio Danielis. sic ꝛ sanctᵘ nathan ꝑpha. iij. Reg. i. Cōsulēs bersabee vt postularet a Dauid regnū ꝑ filio suo salomone. ne adonias ipsum regnum vsurparet. cuꝫ cōsilio cōplicū suoꝝ: seruato consilio a Dauid regnū filio obtinuit destructo cōsilio ꝛ cōiuratione adonie cū suis. Et sic glorificatus ē deᵘ significat aūt bersabee ecclesiā vxorē Dauid: idest xpi que edocta a spū sancto ꝛ cōsilio eius directa. postulat a xpo regnū eternū pro vero filio suo quolibet. s. iusto timens ne ei auferaꝫ ab adonia. i. a dyabolo. cū satellitibᵘ suis quo obtēto glorificaꝫ deus in cōsilio sanctoꝝ destruens ꝑ eos ꝯsilia malignoꝝ. sicut destruxit per chusi amicū Dauid cōsiliū achitophel qđ erat cōtra bonū populi qui achitophel erat tāte reputationis in consilijs ꝙ oēs hoies ad eū recurrerent sicut ad deum. ij. Regum. xvi. ꝛ hoc in figuram ad significandum quod consilia principum tyrannorum philosophorum ꝛ demonum. ex quibus intendebant populum dei subuertere. Uisitauit deus per amicos suos: scilicet apostolorum martyrum ꝛ doctorū. Juxta illud Job. xij. Adducit: scilicet deus cōsiliarios in stultum finem. Sic ꝛ phariseorum qui abiere ꝛ consilium fecerant cum saduceis vt caperent eum in sermone scilicet Jesum cōfusi sunt ꝛ deus glorificatus est Math. xxij.

¶ Est autem sciendum .§. iij. ꝙ triplex est genus consilij.

¶ Primū ē ꝯsiliū internale qđ qs sibiipsi infert.
¶ Secūm ē ꝯsiliū ꝑticulare qđ qs alteri affert.
¶ Tertiū ē ꝯsiliū gn̄ale qđ qs cōtrarii ꝯfert.

Consiliū primū. s. internale est qđ qs facit in semetipso cū videlicet aliqd occurrit agendū dubiū inuestigat ratio si illud est bonū vel malum: ꝛ si bonū qbus medijs vtendū sit. adducēdo diuersa exempla in se qbus possit illud iudicari bonū vel malū. ꝛ de hoc dr̄. sine cōsilio nihil facias. ꝛ post factū nō peniteb. Eccliast. xxxij. qđ intelligit venerabilis cassianus de cōsilio interiori. ꝛ salo. prouer. xiij. ait. Astutus: idest prudens omnia facit cū consilio. ꝛ intelligitur omnia: scilicet que sunt dubia vbi consiliū exigitur. Nā de certis ꝛ necessariis simpliciter vel ex suppositione alicuius finis non oportet consiliari. quia ratio absꝗ inquisitione que pertinet ad consiliū subito iudicat illđ agendū. Nō. n. oportet eū qui vult viuere consiliari. sed debet comedere quia hoc necessarium est ꝛ certū. ꝛ similiter qui vult saluari non oportet consiliari de obseruandis preceptis: qꝛ hoc certum ꝛ necessarium est. Juxta illud Mathei. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mādata. Nec oportet vti velocitate seu precipitatione: sed magis maturitate. Unde calixtus papa. Nō precipitemus inqt consilia ꝛ opera nostra. Nos. n. tempore egemus. vt maturius qd agamus. di. i. ponderet. ꝛ Arist. in ii. ethi. Oportet qdem tarde consiliari. velociter aūt exeq consiliata. Nō solum aūt consilio mētis inuestigandum est. si opus agendum sit bonuꝫ vel malum sed etiam quod est bonum vel melius vt melius eligatur cessante impedimento. Uerbi gratia. Cum inqrit qs in seipso. vtꝝ debeat matrimoniū contrahere. vel solutum manere cōsideret bōa vel mala grauamina vł leuamina. que inde sibi contingere possunt nā vxorem ducendo. si ipsa erit vana vel iracunda. male sibi habebit ꝛ parum quietis. vt enim dicitur Eccliasti. xxv. Non est ira super iram mulieris. ꝛ non est malicia super maliciam eius. Oportebit etiam te sollicitari quomodo ei placeas. Sed ꝛ de expensis ornamentorum eius ꝛ gubernatione familie prouidere tibi necessarium erit. ꝛ parum temporis valebis deo vacare. qđ si solutus remanes. tui soli cure icumbis. ꝯtētōes ꝛ q̄relas mulieꝝ vitabis. Suspitōibᵘ multis carebis. ꝛ qđ deo ē placitū poteris facere. ꝛ meritū augere. Primū igiꝫ. s. matrimoniū. ꝛ si bonū sit. Secūm tn̄. s. cōtinentia virginalis meliᵘ. vn̄ apls. i. ad Cor. vij. Si nupserit virgo bn̄ facit ꝛ si nō nupserit meliᵘ facit: veꝝ qꝛ non omnes capiunt verbum. si qs videtur continere nō posse meliᵘ sibi ē matrimonium ꝯhere. Unde apls in dicto. c. Meliᵘ ē nu

Cōsiliū internale.

bere q̄ viri.i.diuersis vitijs carnalibus incēdi.
De ꝯsi ¶ Secūm ꝯsilium est pticulare qđ alter exhi-
lio pti bet alteri. Cū enim qs nō est sufficiēs sibi ad
cu lari. ꝯsilium capiēdum circa agēda ab alio ꝯsiliū
accipe debet. Quinimo circa ppriā vitā ꝛ ob
scura ptinētia ad ꝯsciam sibi credere nō debꝫ
ab Isido. v. ethimo. Mos est longa consuetudo de moribus tantummodo tracta. Consuetudo autem est quoddam ius moribus institutum quod pro lege suscipitur cum deficit lex. disti. i. vbi glo. obijcit contra descriptionem primam tamquam non bonam. Primo quia idem ponitur in descriptio et descriptione eius. Mos est enim quod describitur et in descriptione eius dicitur de moribus tantummodo tracta. Secundo obijcit. quia cum consuetudo videatur esse species moris et mos genus. inconueniens est q species ponatur in diffinitione generis sui. Sicut si diffiniendo animal diceretur q est homo. esset inconueniens. Sed ad primum respondetur q mos sumitur tripliciter. Uno modo prout est genus ad omnem legem humanam scriptam et non scriptam. Et sic sumit Gratianus in principio decretorum cum ait Genus humanum in duobus regitur. naturali. scilicet iure et moribus. scilicet iure positiuo scripto vel non scripto. Secundo modo dicitur mos actus frequentatus. et precipue morigeratus seu secundum rationem. Et sic sumitur in diffinitione moris et consuetudinis. Tertio modo sumitur pro iure humano non scripto. Et sic sumitur cum hic dicitur q mos est longa consuetudo. Et sic et consuetudo aliquando sumitur pro omni iure positiuo scripto vel non scripto. et sic sumitur cum dicitur. Mos est longa consuetudo. Aliquando sumitur pro iure posi. tiuo non scripto. et sic sumitur cum diffinitur consuetudo q est quoddam ius. etc. Archi. in rosario sup verbo mos: dicit q mos et consuetudo quandoque sunt nomina iuris. et secundum hoc dicit diffiniuntur. vt dictum est. et aliquando sunt sinonima. Aliquando vero sunt nomina qualitatis. Et secundum hoc idem videtur esse mos et consuetudo. scilicet qualitas seu habitus mentis ex quo homo disponitur ad hoc vel illud faciendum. Et si malum vitium est. Et quamuis large dicatur talis habitus mos vel consuetudo. tamen proprie loquendo non simpliciter dici deberet: sed cum adiectione: scilicet malus mos seu mala consuetudo. Si vero talis habitus ad bonum inclinat dicitur virtus vel bona qualitas mentis. et non solum dicitur cum additione bonus mos et bona consuetudo: sed simpliciter mos et consuetudo. Et idem sunt mos et consuetudo. scilicet qualitas veniens ex actibus iteratis similibus et sic sumitur in diffinitione cum dicitur moribus. scilicet per actibus iteratis pluries et bonis. Idem semper verbo consuetudo vbi dicitur quia consuetudo est facti. vt dicitur extra de consti. licet lib. vj. quia consuetudo contrahitur saltem tacite: quasi est pactum tacitum: sed paciscí et contrahere est quod facti. ff. de pac. l. j. ergo non est ius quodammodo. Respondet archi. q considerando actus ex quibus elicitur consuetudo. sic ipsa consuetudo est factum Sed ex quo est elicita. sic est ius. et sic est in diffinitione. Moribus institutum. i. actibus assiduis quod pro lege suscipitur. scilicet pro lege scripta accipitur quia non est scriptum vt lex sed consuetum. cum deficit lex. scilicet scripta. puta cum negocium tale emergit. cuius declaratio reperitur in lege scripta. et tunc recurrendum est ad consuetudinem. Et vtroque deficiente vel succedit ratio naturalis vel de similibus ad similia procedendum vt fiat. sicut dicitur di. xx. de libell.

De virtute et effectu .§.ij.

Consuetudinis effectus sunt hi.

consuetudinis que est multiplex propter quod dicitur ff. de consue. Consuetudinis vsusque longeui non vilis auctoritas. Et ponit archi. primam esse quod est iuris inductiua et suppletiua cum deficit lex. vt di. stin. i. consuetudo. et extra de sepul. ca. certificari. Secundo est similium attractiua vt in eis idem iudicat. vt extra de consue. cum olim. et dist. qs nesciat et ff. de legi. l. de qbus. Tertio est iuris dubij interpretatiua. extra de consue. cum dilectus. ff. e. ti. si de interpretatione. Quarto est iuris mutatiua. insti. de iure natu. §. ex non scripto. extra de consue. c. vlt. Quinto est iuris derogatiua. in hoc. n. differunt. ff. de verb. sig. derogatur. Nam abrogatur ius quando ex toto tollitur. Derogatur quando per parte tollitur. Unde consuetudo aliquando abrogat quando scilicet est vniuersalis: aliquando derogat quando per parte tollitur scilicet quando est particularis. Sexto consuetudo est legis firmatiua: vt dist. iiij. §. leges et extra de prescrip. c. veniens. Septimo consuetudo est gratie dilatiua: extra de consue. non est dicenda li. vj. Ratione horum scilicet quare consuetudo possit legem mutare vel facere. et huiusmodi assignat. b. Tho. j. ij. q. xcvij. ar. iij. dicens. n. q omnis lex proficiscitur a ratione et legislatoris voluntate. et lex quidem diuina et naturalis a rationabili dei voluntate. Lex autem humana a voluntate hominis et ratione regulata. Sicut autem voluntas hominis et ratio manifestatur verbo in rebus agen

dis:ita ⁊ facto:s.n.vnusquisq eligere videt: vt bonũ qd ope īplet. Manifestũ est aũt q lex humana põt institui ⁊ mutari vbo ⁊ exponi. in quãtũ iudicat interiorẽ motũ ⁊ cõceptũ rõnis humane:vñ ⁊ p actus marie multiplicatos.q cõsuetudinẽ efficiũt:lex põt ⁊ mutari ⁊ exponi ⁊ aliqd inde causari qd habeat vim legis i quãtũ p actus hoium multiplicatos interior volũtatis motus ⁊ rõnis cõceptus efficacissime declarat. Cũ.n.aliqd multotiẽs fit:sic videt ex deliberato rõnis iudicio puenire:⁊ fm hoc cõsuetudo hz vim legis ⁊ abolet aliq legẽ ⁊ interpretat legẽ:⁊ qz lex diuina ⁊ naturalis pcedit a volũtate diuina:vt dictũ est supra q nõ se extẽdit potestas hũana:iõ sicut lex humana nõ põt tollere legẽ diuinã vel naturalẽ ita ẽt nulla cõsuetudo põt tollere legẽ dei vel naturalẽ. vñ Isid. in sinonimis. Prauũ vsum lex scz diuina ⁊ rõ scz naturalis vincat. di.xi. vsus. ¶ Sz q cõsuetudo nõ possit tollere legẽ

Arguit cõtra

hũanã arguit sic:ex mltis malis nõ põt fieri vnũ bonũ:sz ille q pmo icipit ꝯ legẽ facere malefacit:ergo multiplicatis similib' actiõib' nõ efficiet aliqd bonũ. Lex aũt est quoddã bonũ qz est regulatiua humanoꝝ actuũ:ergo p cõsuetudinẽ aboleri nõ põt lex:vt cõsuetudo habeat vim legis:

Rñsio

ad qd rñdet Tho. vbi supra q leges humane in aliqb' casib' deficiũt vñ possibile est aliqñ ꝯ legẽ agere in casu in quo deficit:⁊ tñ actus nõ erit malus:⁊ cũ tales casus multiplicant pper aliquã mutationẽ hoium tunc manifestat p cõsuetudinẽ q lex vlterius vtilis nõ est:sicut ẽt manifestaret:si lex ꝯtra verbo pmulgaret:si aũt adhuc remaneat eadem rõ quare lex pma vtilis erat:tũc nõ cõsuetudo legẽ:sz lex cõsuetudinẽ vincit:nisi forte pp hoc solũ lex inutilis videt:qz nõ ẽ possibile fz cõsuetudinẽ prie:que est vna de cõditiõib' legis. Difficile est.n. cõsuetudinẽ multitudinis remouere.

Arguit scdo sic

¶ Scdo arguit sic q scz cõsuetudo nõ possit facere legẽ seu hẽe vim legis. Facere seu cõdere legẽ ptinet ad psonas publicas: que hñt regere ciuitatẽ seu cõitatẽ vñ puate psone legẽ facere nõ pñt:sz cõsuetudo inualescit p actus puataꝝ psonaꝝ: ergo cõsuetudo nõ hz vim legis nec põt tollere legẽ:

Rñsio

ad qd respondet Tho. vbi supra. Multitudo in qua cõsuetudo aliq introducit põt eẽ duplicis cõsuetudinis:si.n.sit libera multitudo que possit sibi legẽ iponere:plus est cõsensus totius multitudinis ad aliqd cõsuadũ qd cõsuetudo manifestat q auctoritas pncipis q nõ hz potestatẽ cõdẽdi legẽ:nisi inquãtũ gerit psonã multitudinis:vñ lz singule psone nõ possint ꝯdere legẽ:tñ totus pplis legẽ cõdere põt: si vo multitudo nõ sit libera nec habeat potestatẽ cõdendi legẽ:tũc ẽt nõ hz potestatẽ remouẽdi leges a superiori positãs: tũc ipa ꝯsuetudo in tali multitudine pualẽs nõ obtinet vim legis nisi iquãtũ p eos tolerat:ad quos ptinet legẽ iponere multitudini:ex h ipo.n.q tolerãt qd fit ꝯ legẽ suã videnf approbare qd ꝯsuetudo idurit. hec Tho. q refert Arch. i rosario. dist. xi. ¶ Dicit aũt Jo. i glo. sup. §. leges viij. iiij. q cõsuetudo nõ põt abrogare.i.tollere legẽ nisi p expsum cõsensum pape:vt ex de pben. cũ tñ vndã lz qdã dixerint q sufficit sola scia pape:⁊ sequitur illa glo. q ẽ Bar. brix. ego credo q ꝯsuetudo rõnabilis ⁊ pscripta tollat legẽ:vt ex de consue.c.vl. ẽt sine scia pncipis: difficile.n. eẽt scire oẽs ꝯsuetudies q suãt:addit Arch. i rosario:alii dicũt ꝯ.s.q nõ suffic scia pncipis. Ad h q ꝯsuetudo tollat legẽ di.xij. ꝯsuetudo: i papa certũ ẽ q requirit ei' assensus expssus:⁊ ẽ necessari' cũ nõ ex trãslatiõe ppli:sz diuica iussione:⁊ ꝯsilioꝝ auctoritate suã hẽbat iurisdictionẽ di.xi. ꝯñs:sz p opiniõe glo.s.q sufficit sola scia ⁊ tolerãtia sue.ff.de leg.l.de qb'. Cũ idez opet tacit' cõsensus qd expssus:imo plus q̃nq vt notari cõsueuit di.iij.l.iij. si su':si aũt subditi nollẽt acceptare rõnabilẽ cõstõnẽ:allegãtes cõsuetudinẽ i ꝯriũ cõstituẽs põt eos cõpellere vt factum fuit. xxiij.q.v. Alias potestati' eẽt delusoria. Jussa.n.romane eccle suẽ tenemur:⁊ q nõ suat peccat di.lxiiij. qz ⁊ ei di lex tolli p dissuetudinẽ itelligẽdũ ẽ p ꝯriu actũ seu vsum ad id qd mãdat lex.

¶ Quomodo consuetudo .§.iij.

In qb' cõsuetudo parificatur legi

parificat legi i mltis q ponit Arch. di.xi. i his sup eo qd dixit Aug. q mos ppli dei ⁊ istituta maioꝝ p lege hñda sunt. Et pmo qdẽ parificat i nouo iure cõstituẽdo:sic.n.lex de nouo istitui põt q pus nõ erat facta:ita ⁊ cõsuetudo vbi nõ ẽ statutũ ius legẽ obligãtẽ itroduc.ff. de leg.l.diuturni. ¶ Scdo i iterptatiõe:lz.n. vna lex aliã iterptat.ff.de leg.si de iterptatiõe ita ⁊ cõsuetudo iterptat legẽ:ex de cõsue. cuz dilect'. ¶ Tertio sic ẽ i iure scripto pcedit de similib' ad sillia:ita ⁊ in iure cõsuetudinario.C. q sit lõ.cõsue.ll.i. ¶ Quarto sic lex fac aliquez iudicẽ ordinariũ:ita ⁊ cõsuetudo:ex de fo.cõpe.cũ cõtingat:⁊ de offi.arch. dilecto. ¶ Quinto sic lex iformat iudicẽ ⁊ iurisdictiõez:ita ⁊ cõsuetudo.ff.d offi.pcõsu.⁊ lega.l.solẽt. ¶ Sexto sic lex dat certis psonis ptãtẽ eligẽdi: ita ⁊ cõsuetudo:ex de postu. bõe memorie. Et de elec. venerabilẽ:⁊.c. cumana. Itẽ sic i electionib' ius ciuile ⁊ canonicũ attẽdit:ita ⁊ cõsuetudo:ex de excel. pla.⁊.c. nõ ita. imo plus fac consuetudo:qz scilicet tollit ius eligẽdi ei cui cõpetit de iure:ex de his q fi.a pla.sine cõsen.

c.ea noscit. ¶ Septimo sicut forma iuris atten dit in penis emolliendis et exasperandis: ita forma consuetudinis. extra de symo. per tuas. ¶ Octauo sicut de iure procedit edificare in loco publico. ita et de consuetudine. ff. quod vi aut clam. l. iij. §. plane. ¶ Item nono sicut datur imunitas alicuius officij vel collationis a lege. ita et a consuetudine. ff. de iur. imu. l. semp. §. legem. ¶ Decimo sicut lex derogat consuetudini. ita et consuetudo aliquando legi. ff. de sepul. vio. l. iij. §. diuus. extra de censi. quod lib. vj: et di. iiij. leges. quod intelligo. s. quod lex tollat consuetudinem. quando princeps per suum statutum vel rescriptum intendit tollere consuetudinem. et sic debet intelligi predictus. §. diuus alias contra. extra de consti. li. lib. vj. et hanc sententiam visus est tenere Innocentius. et hoc teneas quicquid alias inuenias notatum. ¶ Undecimo sicut lex dat formam testandi: ita et consuetudo C. de testa. l. si non speciali. ¶ Duodecimo sicut antiqui canones determinabant iurisdictionem archiepiscopi in suffraganeos et subditos eorum. ita et consuetudo. extra de offi. ordi. duo. ¶ Tredecimo sicut sententia principis intendentis facere legem facit ius extra de sen. et re iudi. ita et sententia lata super consuetudinem. dummodo plures sint facit ius. et remittit circa hoc ad no. per eum in ca. frustra dist. viij. Ibi autem dicit sic clarius. Consuetudo inualida conualescit si obtinet in iudicio contradicto. si. n. fuit deductum in questionem an esset consuetudo super aliquo et iudex pronunciauit consuetudinem esse et non fuit appellatum ab illa sententia. et iudex non illam pronunciauit per errorem vel corruptionem confirmata est talis consuetudo. et in contradicto iudicio de cetero seruabitur. nec recipietur libellus contra. est vnus casus specialis in quo res inter alios acta preiudicat alijs. et sit nullus alius de ciuitate illa debebit probare consuetudinem illam esse. sed sufficit probare quod est obtenta in contradictione. ¶ Decimoquarto sicut lex est attendenda et inspicienda in testibus euocandis. ita et consuetudo. ff. de testi. l. iij. ¶ Quintodecimo sicut lex adiuuat consuetudinem. ita et consuetudo legem: extra de sens. c. sopite.

¶ De triplici genere consuetudinis. §. iiij.

De triplici consuetudine.

Sumendo large hoc vocabulum consuetudo. dicit Aug. ij. confess. quod contra mores hominum sunt flagitia pro morum diuersitate sunt vitanda: vt pactum inter se gentis aut ciuitatis consuetudine vel lege firmatum nulla ciuis aut peregrini libidine violetur. Turpis est enim omnis pars vniuerso suo non congruens. Cum autem deus iubet aliquid contra morem quorumlibet: et si ibi nunquam factum est. tamen faciendum est. di. viij. Unde et per psal. dicitur de eo. Qui habitare facit vnius moris in domo. Domus dei est superna gloria. sed illud. ij. Cor. v. Habemus in celis domum non manufactam: et in hac domo qui habitant: scilicet sancti sunt vnius moris. Et hic mos non est alius nisi gratiarumactio et vox laudis: vt di. Esaie. et Thob. xij. Hierusalem per omnes vicos eius cantabit alleluia. Sed ad illam domum non itur nisi de domo dei que est ecclesia militans: in qua deus inhabitare facit electos suos per gratiam: ita vt sint vnius moris quantum ad cultum interiorem quo vna fide spe et charitate honoratur deus: quantum et ad conuersationem exteriorem sunt vnius moris: quantum ad necessaria ad salutem: et sub eisdem et ritibus et cerimonijs ecclesie. et si aliqui fideles nolentes sunt diuersorum et malorum morum hi non habitant in ecclesia merito: nec propterea dicitur malus mos vel consuetudo. Est igitur triplex consuetudo.

¶ Est consuetudo de se mala. et ideo effugienda.

¶ Est consuetudo de se bona. et ideo imitanda.

¶ Est consuetudo dubia. et ideo bene examinanda.

¶ Consuetudo de se mala est omnis que est contra legem diuinam vel naturalem: et actus ex illa procedens semper est peccatum nec minuit peccatum: vt aliquibus videtur: nec cau sat sed auget: vt di. xxiij. q. j. Scisma. et extra de consue. c. vlt. di. Tanto sunt grauiora peccata quanto animam infelicem diutius detinent alligatam: et ideo peius est quia cum magis effrenata voluntate et firmiori habitu malitie tales peccant: et quia sicut philosophus consuetudo est quasi altera natura: ideo cum difficultate magna quis recedit a peccatis consuetis. et in huius figuram Lazarus quatriduanus sepultus designatur peccantem ex consuetudine secundum Aug. de pe. di. ij. sic multis premissis fuit resuscitatus. s. lachrymis et precibus et huiusmodi: non obstat quod Greg. loquens de crapula quam consueuerunt facere laici in carnisprivio: quod vtique peccatum est dicens: nec a tali consuetudine auerti possunt: et ideo cum venia suo ingenio relinquendi sunt ne forte peiores existant si a tali consuetudine prohiberentur di. iiij. Denique: dicit enim ibi glo. quod relinquuntur cum venia scilicet pene temporalis: ita quod non vult dicere Gregorius quod consuetudo excuset illos a peccato: sed quod non debet tolli talis consuetudo per penas temporales quando timetur malum inde scandalum peruenire: verum est tamen quod aliquando quis peccat ex ignorantia vel fragilitate: faciens id quod consueuerunt alij facere circa aliquid: et tunc non excusatur a mortali: sed istud quod agit secundum consuetudinem aliorum est contra legem dei vel naturale: sed minuitur grauitas eius puta si quis facit aliquem contractum vsurarium credens esse licitum: quia illud communiter fit contra morem sue patrie certum est quod consuetudo illius loci non excusat eum a mortali: quia contra legem dei: quam sic lex humana tollere non potest: ita nec consuetudo quod potius dicenda est corruptela seu abusio talibus abusionibus et corruptelis plenus est mundus: contra quos dicit dominus Exo. xxiij. non sequeris turbam ad malum. et apostolus. j. Cor. xj. si quis videtur inter vos contentiosus esse scilicet contra veritatem: nos consuetudinem talem non habemus sed neque ecclesia dei scilicet contendendi: et Eccl. xxiij. Iurationem non assuescat os tuum: et de hac mala consuetudine dicit Cyprianus: consuetudo que apud quosdam obrepse-

De consuetudine mala.

rat ipedire nō quo min⁹ preualeat ⁊ vincat veritas. Nā ɔsuetudo sine veritate vetustas erroris est. ppter qđ relicto errore sequamur veritatē sciētes apud Esdrā. s. scđi Esdre. iiij. veritas vincit. vt scriptū est. veritas valet ⁊ inualescit ⁊ viuit ⁊ obtinet in secula seculoꝝ di. viij. ⁊ in. c. sequēti di. neqꝫ hois ɔsuetudinē. s. malā seq oportet. ſꝫ dei veritatē. cū per Esaiā pphetā loquat deus ⁊ dicat sine cā. s. vtilitate colunt me doctrinas ⁊ mādata hoīum docentes. i. ɔsuetudines malas ⁊ statuta iniusta. ad idē ēt Aug. in lib. de bap. ait. Qui contempta veritate psumit ɔsuetudinē seq. aut circa fratres inuidus est ⁊ malignus. qbus veritas reuelat. aut circa deū ingratus. cuius inspiratione ecclesia eius instituit. Nā dñs in euāgelio. Ego sum inqt veritas. Nō dicit ego suꝫ ɔsuetudo. Itaqꝫ veritate manifestata cedat ɔsuetudo veritati. qꝛ ⁊ Pe. q circūcidebat cessit Paulo veritatē predicāti. Igit cū xps sit veritas magis veritatē qꝫ ɔsuetudinem seq debemus. qꝛ ɔsuetudinē rō ⁊ veritas semp excludit di. viij. Rō pōt referri ad legē naturaleꝫ: et veritas ad legē diuinā scꝫ veteris ⁊ noui testamenti. ⁊ nō solū ɔsuetudo que est ɔtra legem naturalē ⁊ diuinā est vitāda. ſꝫ ēt ɔtra legem humanā reprobat a iure. ⁊ generaliter de talibus abusionibus dicit Nico. papa. Mala consuetudo nō minus qꝫ pniciosa corruptela vitanda est. que nisi citius radicitꝰ euellatur in priuilegiorū ius ab impijs assumit. ⁊ incipiūt preuaricatiōes ⁊ varie psumptiōes celerrime nō cōpresse pro legib⁹ venerari dist. viij. ¶ Secundū genus ɔsuetudinis est que nō est ɔtra aliquā legē diuinā vel humanā. ⁊ hꝫ in se aliquā rōnē boni. Et hec si generalis ⁊ generalr ⁊ ab oīb⁹ suari dꝫ. Si particularis scꝫ in aliquo loco: in illo suari dꝫ. Vñ et mater domini voluit suare laudabilē ɔsuetudinē iudeoꝝ que erat q in festis coꝝ irēt ad tēplū in hierusalē ēt mulieres. Lex qdē hoc mādabat masculis dicēs in Exo. Ter in anno apparebit omne masculinū in ɔspectu meo. Sꝫ tñ ēt mulieres ibāt nō ex lege ſꝫ de more. Vñ di Luce. ij. cū factus eēt iesus annoꝝ duodecim. ascēdētib⁹ parētib⁹ ei⁹ in hierusalē scđm ɔsuetudineꝫ diei festi ⁊c. Et peccatū eēt agere ꝯ hmōi cōsuetudines sicut ꝯ leges scriptas. vñ dic Augu. in li. de baptismo. Hoc plane veꝝ est qꝛ rō ⁊ veritas semp ɔsuetudini ppōnēda est q si cōsuetudini rō suffragat nihil oportet firmi⁹ retinere dist. viij. frustra. Hec ēt documēta dicit Aug. accepisse a. b. Amb. Nā cū aduenissꝫ ipse Aug. cū mre sua Mediolanū. ⁊ mater sua ieiunaret in sabbato. sicut solita erat alibi. s. rome ieiunari in tali die. Mediolani aūt nō ieiunaret in die sabbati. Interrogauit Augu. Ambrosiū ex parte mris qd agere deberet. s. an ieiunare in sabbato sicut soli⁹a erat alibi. an dimitteret ieiuniū illud Mediolani vt se alijs ɔformaret. Cui respōdebit Amb. cū fuero rome ieiuno sabbato. ⁊ cū Mediolani suꝫ nō ieiuno. ita ⁊ tu ad quā ecclesiā veneris ei⁹ morē suā. si cuiqꝫ nō vis scādalū eē nec quēqꝫ tibi di. xij. illa. ⁊ i eo. c. dꝛ q neqꝫ ɔtra fidē neqꝫ cōtra bonos mores eē cōuincit. differēter est hndū. ⁊ pro coꝝ inter quos viuit societate suādū. ⁊ di. xi. di Ecclesiasticaꝝ instōni quasdaꝫ scripturis quasdā apostolica traditiōe p successores in ministerio cōfirmatas accepimꝰ quasdā vero ɔsuetudine roboratas approbauit vsus qb⁹ par rit⁹ ⁊ idē vtriusqꝫ pietatis debetur affect⁹: ⁊ infra. que. n. scriptura salutifere crucis signaculo fideles docuit insigniri qꝫ trifaria digesta sup panē ⁊ calicē prolixe oronis vel ɔsuetudinis vba cōmēdauit. qꝫ versus oriētē nos orare litteraꝝ forma docuit. bndicim⁹ fontē baptismat⁹ vnctōis oleo ⁊c. ⁊ sic agere ꝯ ɔsuetudinē gñalē ecclie ē pctm̄ vbiqꝫ. vñ ⁊ dic Guil. q dicēdo missaꝫ añ matutinaꝫ ē peccatū mortale. qꝛ h ē ꝯ ɔsuetudinē gñalē ecclesie. nā aľs p legē scriptā nō inuenit. Ita ēt facere ꝯ ɔsuetudinē pticularē alicui⁹ ecclesie ē peccatū moꝛtālib⁹ i illo loco. vñ q cōficeret in azimis i ecclia greca peccaret mortalr faciēdo ꝯ ɔsuetudinē ecclie oriētal. ⁊ silr q i ecclia latina ɔficeret in fermētato: ēqualiter peccaret qꝛ vtrūqꝫ ɔficeret ſꝫ Tho. in. iiij. lo aūt peccaret qꝛ nō faceret ꝯ ɔsuetudinē ecclie sue. sic in italia i sabbato abstinet ab esu carnium. ⁊ q tali die sine cā rōnali. puta īfirmitatis: comederet carnes peccaret mortalr. qꝛ faceret ꝯ ɔsuetudinē tal⁹ pꝛie. Ex italiā i multis ptib⁹. vt in cathalonia nō ē tal⁹ ɔsuetudo abstinēdi illa die a carnib⁹. vñ comedētes ibi carnes nō peccāt Vigilia Bartho. apłi i aliq b⁹ ptib⁹ suat i vna die. i alijs locis die sequēti. qꝛ ſꝫ ɔsuetudinē locoꝝ dꝫ illa vigilia qād ieiuniū suari eē ꝺ obser. ieiu. ɔsiliū: i ieiunijs ecclie q sūt eē ꝗdragesimā qād esuꝫ lacticinioꝝ. ſꝫ Tho. ij. ij. suari pōt ɔsuetudo locoꝝ. ⁊ vbi ē ꝺ ɔsuetudie abstinere ab eis eēt pctm̄ mortale vtl eis sciēdo ħ. sec⁹ vbi ē de more comedere talia. ieiunia ēt q sūt ꝺ gñali ɔsuetudie ecclie obligāt. sic ea que sūt i pcepto seu statuto ecclie. vt vigilia natiuitatis Joānis baptiste: oīuꝫ sanctoꝝ. ⁊. b. Laurentij. ſꝫ Inno. sic ēt vbi i aliqꝫ ciuitate de cōsuetudie ē celebrat aliqđ festū: qđ tñ nō sit ab ecclia statutū dꝫ suari. vt festum Antonij vel Nico. vel alteri⁹ sancti. ⁊ ad h optime facit qđ dicit Hiero⁹ ad Lucinū. Illud breuiter te admonēdū puto: vt traditiōes ecclasticas. pre-

De consuetudine bōa

De ieiunijs cōsuetudinarijs nota quđ obligant.

sertim que fidei nõ officiũt: ita obſuãdas, vt a maiorib⁹ tradite sũt. nec aliquoꝝ ꝯsuetudinẽ alioꝝ ꝯtrio more subuerti. di. xij. illő. Ubi dič glo. traditiões. i. ꝯsuetudies fidei: presertim i. tñ. Sic ponitur. xi. q. iij. siqs epus. Uel ꝑser tim. i. ita demũ q nõ aduersent ꝯsuetudines vel bonis morib⁹. vt dič ca. illa. Nec alioꝝ ꝯ/ trio. Dicit ibi Archi. ꝯtrio. i. diuerso. Bonuz er go bono cõtrariũ nõ est. Si ergo due ꝯsuetu- dies sũt ꝯtrarie. ergo vna mala ẽ. ȝ si sunt di- uerse nõ. Et ꝯsuetudo vni⁹ loci alteri nõ ꝑiu- dicat. Et dicebat Hoff. q eadẽ iurisdictio dȝ h̄ri in vna ecclia q̄ in alijs h̄etur de iure cõi. extra de ꝯsuetu. cũ olim. nisi ꝑscripserit aliqua ecclia. dicit glo. extra de ꝑscrip. auditis. Se/ cus aũt si agaẜ de iurisdictiõe ȝ de paruitate vł ꝯsilii actu. vt qꝛ dicũt aliq qdã faciũt sic. er go ꝛ nos debem⁹ ſ agẽ. ȝ nõ seqẜ. Et ad hoc facit. c. illud. ꝛ ad idẽ facit qd ait Nico. papa. Scit scta romana ecclia q nihil obsũt saluti credẽtiũ diuerse. ꝑ loco ꝛ tpe ꝯsuetudies. si il lis canonica nõ obsistit auctoritas: ꝑ qua eis obuiare debeam⁹. Uñ nihil iudicam⁹ eis obẽ vł posse resisti. di. xij. itẽ. C. li. viij. ti. lij. q̄ sit lõ. ꝯsue. l. j. di. Cõsue⁹ ꝑcedens ꝛ rõ q̄ ꝯsuetudinẽ suasit tenẽda ẽ. et qcqd ꝯ lõgã ꝯsuetudinẽ fiet ad sollicitudinẽ suã reuocauit ꝑses puicie. di. xij. Et loqẜ de ꝯsuetudie q̄ nõ est ꝯtraria iuri scripto. ſm glo. Nã cũ ꝯtraria est diceẜ infra. qd iuris. Cõsuetudo q̄ erat in regiõe mesopo tamie quã allegauit Laban iacob ꝯquest⁹ est de eo q supposuisset sibi Lyaz loco Rachelis dicẽs. Nõ est ꝯsuetudinis in loco isto vt mino res ꝑus tradam⁹ ad nuptias. vt hꝛ Gen. xxix. in se laudabilis fuit. ȝ tñ Labã male fecit eaȝ ſuãdo. ex eo. vȝ. qꝛ fregit fidẽ sibi datã: seu ꝓ- missionẽ factã de Rachele: qd ẽ ꝯtra ius nã/ le: qd ꝑiudicat oi ꝯsuetudini. Sič ẽt mõ siqs iuraret ſuare determiata statuta. puta ducẽ tñ secũ familiã cũ mitteẜ ad gubernãdũ ciui- tatẽ vł castrũ. Et de more cõi oiuȝ est nõ ducẽ secũ tãtã. ꝛ q̄si oẽs illud agũt. nec vnq̄ ꝯfect⁹ iste deduciẜ ad iudicium. vtiq talis peccaret mortaliter. qꝛ iuraret ducere tantã familiaȝ. ita q si ꝯsuetudo alias forte excusaret a pecca/ to transgressionis statuti. nõ tñ excusabit a ꝑ- iurio. ¶ Sciẽdũ etiã q cũ di ecclesie romãe cõ suetudinẽ seruandã. di. xj. c. vlt. circa finẽ. in/ telligiẜ illud nõ de oi ꝯsuetudine romane ec clesie quoad vrbẽ. sed de ꝯsuetudie quã ecclia romana mãdat generaliter seruandã. et dicit glo. sũmaria in ꝑn. dist. eiusdẽ. Cũ ãt de nouo fũdaret aliqua ecclia. s. ꝑ ꝯuersionẽ alicui⁹ gen tis vel aliq̃ religio. seruari posset illud Grego. q ait Augu. epo angloꝝ. Non ꝑ locis res. i. mores. sed ꝑ reb⁹. i. morib⁹. loca amãda sũt.

Ex singlis quoq quibuscũq ecclijs que pia que religiosa que recta sunt elige. ꝛ hec q̄si in fasci culũ collecta apud angloꝝ mẽtes in cõsuetu- dinẽ. de pe. di. xij. nouit. ¶ Tertiũ gen⁹ ꝯsuetu dinis est. qñ dubia est. vtꝝ scȝ sit seruanda. Et hec ꝑcipue hȝ locũ qñ ẽ ꝯtria alicui iuri huma- no scripto. Nã si eẽt ꝯtria iuri naturali vel diui no iã declaratũ est supra q esset semp mala ꝛ iõ reprobãda. Cũ ergo est ꝯtria iuri hũano. ali qñ ꝑiudicat ꝛ tollit ipm ꝛ aliqñ nõ. Uñ. C. li. viij. ti. lij. di. Cõsuetudinis vsusq lõgeui nõ vi lis auctoritas est. Uerꝝ nõ vsq adeo sui valitu rã momẽto, vt aut rõnẽ vincat aut legẽ scriptã di. xi. Ubi dicit glo. q aliq itelligũt istud. ca. quoad primã ptẽ de bona ꝯsuetudine. quoad scdaȝ de mala cõsuetudine. Sȝ ille itellect⁹ est sept⁹. qꝛ sepat caudã a capite qñ nõ licet. ex de bapt. maiores. Alij vo oẽs exponunt de bona ꝯsuetudine totũ. c. que qdẽ ꝯsuetudo si sit pti cularis. s. in aliquo loco. nõ tñ tollit seu vincit legẽ sibi ꝯtriã vł. sed solũ in illo municipio vbi seruaẜ. Et q̄uis hoc sit verũ. tñ nullus de hoc vnq dubitauit. q ꝯsuetudo pticularis dȝ vin cere legẽ in oib⁹ alijs locis. Refert Arch. di. xj. sup. d. c. ꝯsuetudis. q Bern. cõpositor. dicit. q ꝑn^m illi⁹. c. seu legis loqẜ de bona ꝯsuetudine nõ scripta. cui ius aliqd directe nõ obuiat. im mo est iure ꝯsona. ꝛ hec ſuari. dȝ ẽt si nõ sit ꝑ/ scripta. Scda ps loqẜ de ꝯsuetudine iuri ꝯtria ꝛ in tali reqriẜ ꝑscriptio ad hoc vt iuri positiuo ꝑiudicet. extra de ꝯsue. c. vlti. Alij dicũt q loq tur ista lex de cõsuetudine pticulari. que nec etiã in loco illo pticulari vincit legẽ nisi sint il le ꝯditiones que ponunẜ in glo. sup. c. frustra. di. viij. In illa aũt glo. que est Joã. di. Sciaś q ad hoc qd cõsuetudo preiudicet iuri reqri- tur primo q sit ꝑscripta. extra de can. possess. cũ ecclia sutrina. Secũdo qd obtineat in cõ tradicto iudicio ppli. extra de vb. sig. abbatẽ. Tertio q eo aio fiat vt credat se ius habere et vt in posteruȝ intẽdat illud facere. alioqn ta- lis vsus nõ diciẜ vsus. ff. de itine. actuq pua. le. i. Quarto vt res illa sit prescriptibilis. xcv. dist. illud. Quinto vt possit dici antiquata et approbata. extra de postu. bone. ij. circa fineȝ. Sexto debȝ ꝯtinere naturalẽ eqtatẽ. extra de ꝯsue. ex pte. Septimo q fit de scia ꝑncipis in/ troducta. nõ tñ tolerata. extra de puil. cũ iaȝ dudũ. Octauo q nõ sit ꝑ errorẽ inducta. ff. de legi. qd nõ ratione. ꝛ dist. viij. cõsuetudo. No/ no q maior pars populi ꝯsueuit illa ꝯsuetudi- ne vti. qꝛ sicut minor pars populi nõ posset cõ/ dere legem. ita nec consuetudinẽ. Quidã ta- men dicũt q illa cõsuetudo ꝑiudicat iuri que excedit memoriã hoiuȝ. Illud enim loco ꝯsti tuti habeẜ ff. de aqua quoti. ꝛ esti. l. hoc iure.

De tertio gñe cõsuetudinis.

q ꝯsuetudo ꝑiudicet iuri hec regrũtur.

Jo. Sed qcqd dicat Jo. dicit Bartho. brix. hoc breuiter teneas qđ ſm canonẽ ſufficit q̃ cõcurrãt iſta duo. ſ. q̃ ſit rõnabilis ꝛ ꝑſcripta: hoc. n. dicit decre. extra de ꝯſue. c. vlti. Unde licet cõſuetudinis longeue ẽt nõ ſit vilis auctoritas. nõ tamẽ eſt vſq adeo valitura. vt vel iuri ſcripto valeat derogare: niſi fuerit rõnabilis ꝛ legitime ꝑſcripta Glo. ſup illud. legitime ꝑſcripta. ſpacio quadraginta annoꝝ ex̃ de can. poſ. cũ eccleſia: ꝛ de ꝑſcrip. auditis. Et de hoc pñt hĩe multa iura. Ea. n. ſola locũ hñt in reb⁹ eccleſiaſticis. vt. xvi. diſt. iij. §. põt Glo. ſup illud. niſi ſit rõnabilis. Rõnabilis dĩ conſuetudo qua nõ improbãt iura vt de cauſa poſ. cum eccleſia. ꝛ eo. ti. cũ dilectus. ꝛ de verbo. ſig. abbatem. vt qñq alij admittant̃ ad electionem ad quos nõ pertinet de iure cõmuni ꝛ de alio collegio. iſta cõſuetudo nõ improbat̃ a iure. vt dicũt ꝑſcripta iura. Irrõnabilis aũt dĩ conſuetudo que reprobat̃ a iure qualis eſt illa. ex̃ de inſti. frequẽtibus. ꝛ de ꝯſue. Cũ venerabil̃. ibi reprobat̃ ꝯſuetudo cuiuſdã loci que erat q̃ abbas qui immediate erat ſub apſtica ſede. transferebat̃ ad aliã abbatiam ſine licẽtia obtenta a papa. qđ fieri nõ põt. ꝛ eo. ti. c. i. reprobatur ꝯſuetudo qua diſrũpit̃ neruus eccleſiaſtice diſcipline. ca. cũ inter vos. Et dĩ neruus eccleſiaſtice diſcipline vigor cẽſure eccleſiaſtice. i. excõmunicatio. ſuſpẽſio. ꝛ iterdictũ. Jſtis enĩ cõſeruat̃ robur auctoritatis eccleſiaſtice. Nõ ergo nõ ſeruarent̃ que ſtatuta ſunt circa huiuſmodi cẽſuras ſeruãda rõne cõſuetudinis alicuius. nõ excuſaret cõſuetudo. Jtẽ eo. ti. quãto. reprobat̃ conſuetudo que alij ſimplices ſacerdotes ad defectũ epiſcopoꝝ criſmabant in frõte: tales. n. nihil cõferebãt. Jtẽ nec ꝯ̃ obedientiã valet cõſuetudo vel preſcripto eo. ti. cuꝫ venerabilis. Et. xviij. q. ij. abbatibus. Jtem nec cõtra curationẽ que rõne viſitatiõis debetur. infra eo. cũ ex officijs. Jtẽ reprobat̃ a iure cõſuetudo que eſt cõtra libertatẽ eccleſie. extra de elec. cũ terra. ꝛ ca. ſacroſancta. Jtem extra de cõſue. c. ex parte reprobant̃ due conſuetudines in qbuſdaꝫ partib⁹ exiñtes ſcꝫ q̃ cũ maritus ex ꝓdigalitate vel incuria vel in alio caſu amiſiſſet bona ſua alienabat bõa vxoris mobilia vel immobilia arbitrio ſuo. Alia conſuetudo erat q̃ vxore cõmittente adulteriũ medietatẽ omniũ bonoꝝ que maritus fuerat adeptus petebat ꝛ apprehẽdebat. Utraq pariebat occaſionẽ malignãdi. Nã per ꝑmã inuitabantur viri ad diſpenſandũ bona ſua. per ſecũdaꝫ mulieres ꝓniores erant ad ꝑpetrandum adulterium. Jtem ſicut nõ valet conſenſus vel pactum cõtra legem vt clericus reſpondeat in alterius foro. extra de foro cõpetẽti. ſignificaſti.

ita nec ꝯſuetudo. Nec ẽt vt clericus verberandus ſe laico ſubijciat ſua ſponte. ex̃ de ſen. excõmu. Cõtingit. Jtẽ reprobat̃ a iure ꝯſuetudo qua qs ꝓpꝛia auctoritate ſibi eligat ꝯfeſſorẽ. ex̃ de pe. ꝛ re. Si ep̃s lib. vi. Jtẽ reprobat̃ a iure ꝯſuetudo exigẽdi pedagia ꝛ gabellas a clericiſ ꝛ religioſis. ex̃ de cẽſi. q̃ꝫ lib. vi. Jtẽ reprobat̃ ꝯſuetudo exigẽdi vel paciſcẽdi aliqđ tpale pro ſpũalib⁹. vt ꝓ igreſſu monaſterii vel ſacris. ex̃ de ſimo. qm̃ ſimoniaca. Sꝫ ꝯſuetudo dãdi vel accipiẽdi aliqđ tpale in collatiõe vł receptiõe ſpũaliũ per modũ elemoſyne. ꝛ ex deuotiõe et nõ ex pacto. vel per modũ ꝓcij. nec per ſubtractionẽ ſpũaliũ nõ reprobat̃. imo ſuari debent laudabiles in hmõi ꝯſuetudies. vt ex̃ de ſimo. per to. Hoſtiẽſis aũt dicit q̃ que dicat̃ rõnabilis ꝯſuetudo erat arbitrio iudicis relinquẽda nec certa regula ſup hoc poterat dari. Archi. aũt ſup ca. ꝯſuetudinis. diſt. xi. poſt multaſ opiniones recitatas ad declarationẽ illi⁹. c. ſ. quãdo ꝯſuetudo tollat ſeu vincat legẽ ſcriptã: ſic dicit in ſũma. vbi ꝯſuetudo obuiat omni iuri. ita q̃ ipſa ꝯſuetudo nõ tolerat̃ ab aliquo iure: tunc indiſtincte ſuccũbit ꝯſuetudo. ꝛ hoc propter bonũ obedientie. ꝛ. xii. diſt. c. ij. ꝛ qꝛ decreta ſũmoꝝ pontificũ nõ ſunt in aliquo violanda. ꝛ hoc ponit̃ ſub ſtatuto. diſti. lxi. ſtatuimus. ꝛ cõtrariũ faciẽs peccat grauiter. diſtin. lxiiij. qꝛ per. Sed vbi ꝯcordat ꝯſuetudo ſeu tolerat̃ ab aliquo iure licet alijs iurib⁹ videat̃ cõtraria. tunc ꝯſuetudo vincit ꝛ tollit legem ſcriptã. qꝛ multa fieri nõ debẽt. facta tñ remanent ex̃ de regula. ad apoſtolicã. ꝛ. ij. q. vi. biduum. hec ille. ꝛ ſꝫ hec cũ dĩ q̃ ꝯſuetudo nõ ẽ rõnabilis ſeu nõ valet q̃ obuiat canonicis ſtatutis. ex̃ de ꝯſue. ad nſam: videt̃ itelligẽdũ qñ obuiat oib⁹ ſtatutis. Nã ſi obuiat alicui. ꝛ ꝑ aliud toleratur. nõ erit irrõnabil̃ ꝑ hoc ſolũ. alr̃ nunq̃ tolleret ius ſcriptũ. cũ tñ quotidie fiat ꝯ̃riũ ꝑ totã eccleſiã. Uerbi grã de ꝯſe. diſt. iii. ꝓnũciãduꝫ ꝛ ca. Rogatiões. Jn illis capl'is mãdant̃ ſuari dies Rogationũ quoad ieiuniũ ꝛ quoad ceſſationẽ ab opib⁹. ꝛ tñ vbiq fit ꝯ̃riũ. nec aliquis dic̃ q̃ peccẽt fideles dies illos nõ ſuãdo. et hoc qꝛ abrogatũ ẽ ꝑ ꝯ̃riã ꝯſuetudinẽ q̃ ꝑſcripta eſt. ꝛ ẽt videt̃ rõnabilis ꝓpter ieiunia multiplicata ꝛ feſta ab eccleſia ꝛ fideles paꝝ deuotiõi ſeruant dieb⁹ feſtiuis ꝛ vix laborãdo viuere poſſint paupes. Jdẽ dicẽdũ de tota hebdomoda paſce que ponit̃ celebrãda i. c. ꝓnũciãdũ. Jdẽ de ieiunio q̃drageſime q̃ fuit ſtatutũ ab eccleſia ichoari a clericis ꝑma die poſt qnq̃geſimã diſt. iiij. ſtatuim⁹. ꝛ nõ obſuat̃ a clericis: ſꝫ cõmuniter icipiũt q̃drageſimã qñ laici. ſ. q̃rta feria. Nec dic̃ Gratian⁹ eos eẽ trãſgreſſores canonũ. ꝛ hoc qꝛ eſt abrogatũ ꝑ ꝯ̃riã ꝯſuetudinem

dist. iiij. §. leges. ¶ Quãuis ergo ista & similia obuient canonicis statutis aliqbus tñ qz non oibus obuiãt sed ab aliquo tolerant. vt ab ista decretali de ↄsue. c. viti. que vult q vincat legẽ ẽt canonicã cũz est rõnabilis & pscripta: iõ volẽt & sine piudicio salutis seruari pñt. Hec tñ magna diligẽtia habẽda est in iudicãdo vt nõ defacili aperiat via trãsgressionis ordinationũ ecclesiasticaꝝ. Nec ẽt ↄdẽnet qs leuiter de mortali in hmõi ↄsuetudinũ obseruatiõe. sicut est de festo innocẽtũ. De festo sancti Siluestri. & hmõi. que cõmuniter abierãt in dissuetudinẽ. vbi tñ seruant oino custodiẽda sunt: qz ab ecclesia instituta. Simlr de ↄsuetudine q̃ ẽ in multis locis q in sabbato & in vigilijs magnaꝝ solẽnitatũ hoies laborant vel vẽdãt vsq ad tertiã horã noctis. vt barbitonsores plus facientes exercitij illa die q̃ tota hebdomoda. & videt posse tolerari: cũ quasi in recõpẽsatiões huius nõ laborent in sero festi vsq ad mediaz noctẽ. qd tamẽ de iure possent. qz de vespa ad vesperã. i. sero mandat celebrari. de ↄsue. dist. iij. pnunciãdũ. Sz nullo mõ tolerari debent: nec excusat a pctõ qd de ↄsuetudine imo corruptela est. nõ cõmunicent hoies nisi in virili etate vel puelle cũ sunt nupte. cũ debeant ↄfiteri & cõmunicare oẽs postq̃ puenirent ad vsũ rõnis. Similiter & vidue. q de more pñe stẽt per menses qd nõ vadãt ad ecclesiã ad diuina officia post mortẽ viroꝝ. excusari nõ pñt. Sed nec puelle nõdũ nupte debẽt obtinere auditionẽ misse. qz de more pñe imo abusiõe nõ mittunt extra domũ. Magis tñ hoc imputandum est culpe parẽtũ. nõ. n. deceret eas ↄtra voluntatẽ parentũ ire ad ecclesias. Similiter q clerici multa faciãt cõtra decentiã status clericalis q̃ iura insinuẽt. in habitu & ↄuersatiõe. qz de more & patrie. Aut ẽt q religiosi dimittãt austeritates sue regule & ↄstitutionũ & cerimonias. qz sic ↄsueuerant relaxate viuere: nullo mõ excusant. Nec dici pñt hmõi ↄsuetudines sed corruptele & abusiões. & iõ extirpãde a prelatis. cũ fieri põt sine maiori scandalo q̃ esset bonũ inde sequẽs. ar. dist. iiij. denicq. Et ad h facit qd ait Nico. papa. Ridiculũ est & satis abominabile dedecus vt traditiões quas a patribus accepimus infringi patiamur. dist. xij. Et de hmõi prauis ↄsuetudinibꝰ intelligit illud Nico. papa. dist. viij. Mala ↄsuetudo nõ minꝰ q̃ perniciosa corruptela vitanda est. que nisi citius radicitus euellat, in priuilegiorum ius ab impijs assumitur.

De cõsuetudine quoad iudicia ↄtẽtiosa

¶ De consuetudine quo §. v.

ad iudicandũ seu quoad iudicia ↄtẽtiosa glo. sup. c. ↄsuetudo. dist. i. tractat. vtrũ ẽm ↄsuetudinẽ sit iudicãdũ. qñ ↄsuetudo est ↄtraria iuri scripto. aut ẽm ius scriptũ. Inducit multa iura pro & ↄtra. Nã q nõ sit iudicandũ ẽm ↄsuetudinẽ. qñ ius scriptũ ↄtrariũ hz. pbat per. c. si ↄsuetudinẽ. dist. viij. & dist. xj. ↄsuetudinis. & c. sequẽ. extra de sen. & re iudi. cũ causa. Et de so. cõpe. qd clericus. ff. de sepul. vio. l. iij. §. diuus. ¶ Sz qd ẽm ↄsuetudinẽ sit iudicandum ẽt ↄtra ius scriptũ pbat p. c. placuit. di. xxxij. & extra de eo qui mit. in pos. cũ venissent. & de testa. Ad hec de cognati. spi. sup co. de ↄsuet. c. ij. & de ar. c. dilecti. Cõcludit demũ Jo. et dicit q iudicandũ est ẽm ↄsuetudinẽ ↄtra ius scriptũ. qñ in ↄsuetudine ↄcurrunt ille ↄditiones que habent in glo. super co. frustra. distin. viij. quas habes supra in. §. precedenti. circa pn. Sz Bartho. brixẽ. addit. Hoc tene quod si sit rõnabilis & prescripta ↄsuetudo. preiudicat iuri. extra de ↄsue. c. vlt. Deinde querit glo. ad quã ↄsuetudinẽ sit recurrendũ in iudicijs. vtp ad ↄsuetudinẽ terre illius: vel prouinciaꝝ vel Romanã. Et rñdet q iudex maxime delegatus ẽm canones pmo iudicabit. deficientibus canonibus ẽm leges. vt extra de no. pe. nã. intelleximus. & dist. x. si in adiutoriũ. Deficiente omni iure procedendũ est ẽm ↄsuetudinẽ generalẽ vel particularẽ: si generalis circa illud negociũ nõ inuenit. licet quidã dicãt tunc recurrendũ ad romanã. Deficiente aũt omni iure & ↄsuetudine pcedat de similibus ad similia. vt xx. dist. de qbus. Omnibus deficientibꝰ recurratur ad romanã ↄsuetudinẽ. vt. ff. de leg. & cõsti. de qbus. Licet sit ar. qd ad ↄsuetudinẽ prouinciaꝝ vicinaꝝ sit recurrendũ. extra de cẽsi. super eo. Jo. ¶ Itẽ glo. super. c. illud dist. xij. querit. ẽm quã ↄsuetudinẽ debeat iudex delegatus iudicare: an ẽm ↄsuetudinẽ loci seu prouincie. an ẽm ↄsuetudinẽ romanã. an ẽm ↄsuetudinẽ delegantis. an ẽm ↄsuetudines rei vel actoris. Inducit multa iura pro qualibet parte hoꝝ demũ decidendo dicit. Dicunt aliqui q si aliqui sponte se subijciãt iudicio alicuius seu petãt iudices delegatos spõte qd semp sz ↄsuetudinẽ iudicis delegãtis ẽ iudicãdũ. Si aũt inuitis dat iudex. tũc iudicabit sz ↄsuetudinẽ litigãtiũ. & potiꝰ rei q̃ actoris. qz fauorabiliores sũt rei q̃ actores. Meliꝰ põt distingui. s. qz aut p appellationẽ obtinet iudex aut sine appellatõe ipetrat. Si p appellationẽ tunc dico delegatũ debere seq ↄsuetudies iudicis a quo appellatũ ẽ. qz iudex appellatiõis dz seq leges poris sentẽtie. vt in auten. cũ de appellatione cog. col. viij. in pn. ar. ad hoc ex de testa. Raynaldus. Sz si sine appellatõe ipetrat iudex tũc dz seq ↄsuetudinẽ delegãtis. ar. ad hoc. ff. de ↄdi. q̃ ↄditio. Ego credo q iudex iudicabit ẽm

cõsuetudinẽ rei: q2 actor sequit forũ rei. vt ex tra de fo.cõpe.cũ sit generale. Nisi rõne ɔ̃ctus vel maleficij sit factus de foro alterius, quia tũc seruabit ɔ̃suetudo loci vbi ɔ̃tt vel vbi maleficiũ fecit. vt dist. viij. que cõtra morẽ. Et ex de fo.cõpe.c.vlti. Addit archidyaconus super dicto.c.cõsuetudinis.ad hãc glo.? dic q Hugo ? Lau. asserũt q si circa articulũ de quo q̃rit sunt diuerse cõsuetudines actoris ? rei: sequat iudex rei cõsuetudinẽ. vt dicit hic glo.nisi in duobus casibus.s.cũ cõsuetudo actoris ẽ magis cõsona iuri ? veritati vel si magis inducit absolutionẽ q̃ cõdẽnationẽ. tũc enim magis debz seq qd consonat veritati negocij.iij. q.vij.iudicet.? ꝓmptiores eẽ debem9 ad soluẽdum.xxxv.q.ix.veniã. ¶ Ponit ẽt archidyaconus ibidẽ cõsuetudines varias attẽdẽdas i diuersis negocijs.? dic ẽm Jo. Cõsuetudo loci cõtractus seruat ad hoc.ff. de vsu.l.j.?.ff. de euic. Si fundus. Et monet questionẽ talẽ. pone q sit quedã regio vbi ẽ cõsuetudo q si vxor ꝓmoriat viro, marit9 ei9 lucrat totã dotẽ. ɔ̃traxit cũ quadã de bononia. vbi est cõsuetudo q in tali casu vir lucrat mediã dotẽ tm̃. Quero cui9 cõsuetudo ispiciet in cõficiẽdo instrumẽta dotis. Dixit dñs Guido de sue. q mariti cõsuetudo eẽ attẽdẽda.? hoc.ff. de iudi.l.exigere. Sz circa hoc est sciẽdũ q cõsuetudinũ alia generalis. alia specialis. Generalis seu generalissima est que inducit a ppl'o romano.ff. de legi. de qbus. Specialis cõsuetudo alia ciuitatis. alia prouincialis. alia oppidi. alia certi predij alia certe dignitatis: alia certe ecclesie seu monasterij. alia certi hoïs seu patrisfamilias. alia animalis. alia certi fori. De puinciali cõsuetudine seu ciuitatũ loquit littera.ff. de legi.l.cũ de cõsuetudine.ex de electi.cũ ecclesia vulnerata.ex de cẽsi.sopite. Est tñ dria iter puinciale ? ciuitateñ.scz quoad ꝓbationẽ. puincialis est qñ in ciuitate eiusdẽ puincie vsitata est.ff. de tribu.l.iij.§.vlt. Alia dr eẽ puincial' qd de iure cõi statutũ nõ est. cũ dubitat in illa puincia in qua nihil est statutũ: nec aliqd de iure cõi reperit.ex de cogna.spiri.c.super eo. Idez iuris est. si dubitet de interpretatiõe iuris consuetudinarij: vt in ꝑdictis.c.in qb9 cauet q standũ ẽ iterpretatiõi alia ꝑ ciuitatũ primarũ: si ãt de cõsuetudine ciuitatis dubitet. debet attẽdi q̃liter ipa ciuitas vsitata sit in illis de qbus dubitat.? in similib9.ff. de legi.l. de qb9: ?.l.si de iterꝑtatõe: si aũt nõ apparet qd declarat h' dubiũ nec ẽ determinatũ aliqd sup hoc in iure cõi: tũc dz attẽdi qd obtinet in circũuicinis ciuitatib9 cohęrẽtib9: de cõsuetudine earũdez vt in ꝑdicto.c.sup eo.? ex de cõsue. cũ olim: ? idẽ ẽ obseruãdũ de ɔ̃suetudine oppidi vel castri.C.q̃ sic lõ.ɔ̃sue.l.j.ff. de edi.ꝑma.l.iiij. De ɔ̃suetudine aũt certi ꝑmij loquit ista: ex de offi. or. duo simul. Et.xj.q.iij.conquestus.? ex de excel.pla.c.ij. Et in ɔ̃suetudine ꝑcedit de similibus ad similia: ex. de offi.archi.dilecto. In ɔ̃suetudine aũt certe ecclesie vel certi monasterij: inspicit qd fieri ɔ̃sueuit in illo monasterio: ex de his q̃ fiũt a pla.s.ɔ̃sen.c. ea noscitur ? de ver.signi.abbate: ? ẽt ɔ̃suetudo hoïs seu patrisfamilias: ? in ipa ẽt attẽdit qd facere cõsueuit.ff. de testa.fa.pol.heredes palã.§.j.?.ff. de re mili.l.semp: est ẽt ɔ̃suetudo aïalis ? i ea aspicit qd facere ɔ̃sueuit illud aïal: vt iiij. de rerũ diui.§.pauonũ.? credo q in alijs actibus ? delictis sufficit din9 act9 ad ꝓbãdã ɔ̃suetudinẽ peccãdo quoad hoïes ? aïalia.xxv.q.ij.ita nos ff. de seruo.corru.l.nerati9: sicut bina snĩa lata sup ɔ̃suetudine: ɔ̃suetudinẽ inducit ? approbat ff. de legi.l.cũ de ɔ̃suetudine: est ẽt ɔ̃suetudo fori.ff. de var.? ex de ordi.cogni.l.j. est etiam consuetudo corporis: extra de celebra. missa. §.pernitiosus. Hec omnia Archi.

¶ De consuetudine .§.vj.

qñ tollat legẽ ? ꝑiudicet legi ? qñ nõ. notat summatim Henricus boych.sup.c.vlt. de ɔ̃suetudine. vbi ꝑmo sciẽdũ q nulla ɔ̃suetudo quantũcũq3 generalis vel antiquata põt ꝑiudicare seu tollere id qd est de lege naturali seu ẽt diuina quoad moralia ꝑcepta: vt dist.viij.ꝑ totũ: cerimonialia aũt ꝑcepta quãtũ ad ipam cessant: ? ɔ̃uari nõ debẽt q2 hoc eẽt iudaizare. Judicialia vero ꝑcepta legis diuine nõ obligant ad obɔ̃uantiã eoꝝ inquãtũ ɔ̃tenta in lege mosaica.s.inquãtũ assumerent ꝑ cõstitutis seu statutis ab eccl'ia vl' aliq̃ ciuitate ẽz Thomã.? de istis dictũ ẽ supra diffuse in ti. de lege mosaica. Restat ergo questio solũ de lege positiua canonica vl' ciuili put lex positiua includit etiã ius gẽtiũ. Circa hoc igit distinguit ꝑdict9 Henric9 q2 aut cõsuetudo ꝑcedit legem.? lex sequitur. idest constituitur post ipsaz aut ecõtra lex precedit consuetudinem ? consuetudo sequitur: si igitur consuetudo precedat legem. tunc aut consuetudo est generalis, que scilicet per totum orbem seruatur: aut est localis seu particularis que licet seruatur in vna ciuitate vel regno ? non in alio. Si consuetudo generalis est: tunc lex noua superueniens sibi contraria ei preiudicat ? eam abrogat seu derogat: licet de ipa nõ faciat mẽtionẽ arg. de cõsti.lz ii.vj. Ibi scz locoꝝ ? ꝑsonaꝝ singularis ?c. a cõtrario sensu: ? hoc ibi notat Jo.an. q2 illd qd cõmuniter tenet ꝑnceps nõ presumit ignorare: vt ff. de test.mili.l.cõmuni. ? q2 alias talis lex generalis nihil operaretur: qd nõ est dicendum

ar.xix.dist.Si romanoꝝ. Si vo ꝯsuetudo est localis siue ꝑticularis:tūc alia lex supueniēs hēt clausulā derogatiuā ꝯsuetudini.vꝫ vel expresse ip̄robādo ꝯsuetudinē īducendā vel simplr ꝯtrariā ꝯsuetudinē tollēdo:qꝛ tūc intelligit de iducta ⁊ inducēda in futuꝝ.⁊ tūc lex tollit ipsaꝫ ꝯsuetudinē.vt de cēsi. quanq̃.lib.vi. Et ita itelligit Bern̄.illā legē.ff.de sepul.vio.l.iij.§.diuus.⁊ de fi.instru.pastoralis.⁊ Archid.⁊ Jo.an.de ꝯsti.c.j.li.vj. Aut nō habet clausulā derogatiuā ꝯtra ꝯsuetudinē iductā.⁊ tunc nō tollit eā.vt notat Inno. Et ē hodie expssuꝫ de ꝯsti.c.j.li.vj. Fallit vbi cōsuetudo localis ēēt ꝑm ius cōe.ꝯtrariū scdo iuri.vt notāt Jo.an.de ꝯsti.⁊ Archid.de fi.prel.c.j.li.vj. Si vo lex p̄cedit ꝯsuetudinē:⁊ ꝯsuetudo sequit.tūc aut lex p̄cedēs hēt clausulā derogatiuā ꝯsuetudini.vt qꝛ ꝓhibet in futurū ꝯtrariā ꝯsuetudinē introduci.vel tollit simplr ꝯtrariā ꝯsuetudinē.vt dictū est.⁊ tūc p̄iudicat ꝯsuetudini sequēti.ita q̄ ꝯsuetudo sequēs nō valet. vt.C.de cēsi.l.eos.extra.e.nō putamus.li.vj. ꝑm Jo.an. Sed Pe.de ancha.dicit q̄ lꝫ tollat ꝯsuetudinē iductā.tn̄ si ꝯsuetudo ꝯ talē legē duret.ita vt sit p̄scpta ⁊ nō rōabilis.adhuc tollet talē legē.. Jo.d imo.in cle.dicē i aliqbꝫ hic locū dictū Jo.an.in aliqbꝫ alijs dictum Petri. Si aūt p̄dicta lex nō hēt clausulaꝫ derogatiuā ꝯsuetudini.tūc aut est rōnabilis aut irrōnabilis. Si rōnabilis nō tollit legem. Et vt irrōnabilis:vt qꝛ ē ꝯtra ius ꝑ qd̄ ledit ordo iudiciariꝰ.vt.e.ti.ad nr̄aꝫ. Uel per qd̄ disrūpit eccl̄iastica disciplina.vt.e.ti.cū iter. Ul qꝛ est onerosa ecclesijs.e.ti.Cū inter. Uel qꝛ est cōtra publicā vtilitatem cōem.⁊ talis ꝯsuetudo nō derogat canoni vel legi.vt.viij. dis. mala ꝯsuetudo. Et rō est:qꝛ sicut iuramētū non est vinculū iniqtatis.nec debet admittere petiti.aīs nō valet.vt.xxij.q.iiij.iter cetera. Jta nec p̄uilegiū nec ꝯsuetudo:nec ꝯstitutio : nec p̄scriptio.nec ēt appellatio.ꝑm Hostien̄. Ad h̄ ꝯcordat qd̄ notāt Hosti.⁊ Jo.an.de elec.per venerabilē.dicētes q̄ ꝯsuetudo vel statutū q̄ cōmittēs furtū vel homicidiū vel siē crimen in pecunia tm̄ puniant.sunt irrōnabilia : qꝛ nihil aliud est q̄ hoies venalitati exponere:vel icitare hoies ad cōmittendū pctā. Tales enim minus timēt penā pecuniariā q̄ timēt suspēdiū vel aliā mortē.illa ergo nō sunt tenenda neq̄ seruāda.de offi.or.dilectꝰ.⁊.c.fi. Dicit ēt Hosti.in sūma de pe.⁊ re.qbꝰ ⁊ q̄r q̄ ꝯtra peccati correptionē nō currit p̄scriptio vel ꝯsuetudo vel dissuetudo . Si aūt ꝯsuetudo sit rōnabilis.tūc aut est p̄scripta aut nō p̄scripta. Si p̄scripta tūc derogat iuri positiuo.⁊ ēt iuri gentiū.vt de ꝯsuetudine.c.vi. Et cū gn̄alis est cōsuetudo tūc gn̄alr ⁊ vbiq̄ derogat.vt de legi.l.de qbꝰ.§.inueterata. Si vo sit ꝑticularis cōsuetudo seu localis.tūc in illo loco tm̄ ꝯsuetudo tollit legē. Sic loquit lex.ff.cola pre.l.vendit.⁊ di.xi.ꝯsuetudinis. Si aūt nō est p̄scripta ꝯsuetudo:tūc nō derogat legi.vt in ca.cumana.de elec. Et hoc ēt expresse di de ꝯsue.c.v.viii. Dicit etiā Hostiē.q̄ que sit ꝯsuetudo rōnabilis vel nō relinquit ꝯsilio iudicis. Jteꝫ etiā dicit q̄ ꝯsuetudo que est ꝯtra votū vel cōtra religionē nō valet.nec tollit legē. de statu mona.cuꝫ ad monasteriū. Jdē dicit q̄ lex vel canon ꝯtinēs preceptū vel ꝓhibitionē nō pōt tolli per ꝯsuetudinē.qd̄ tn̄ non videt simplr verum:sed de his que cōp̄rehēdūt p̄ceptū vel ꝓhibitionē legis diuine.non aūt in pure positiuis. Nā rogationes quoad ieiuniū ⁊ quoad feriādum ponunt in p̄cepto.de ꝯse.di.iij.rogatiōes. Et cum ab oībus di p̄ceptū illud esse abrogatū per ꝯriam ꝯsuetudinē. Jtē sic legē.⁊ si nō gn̄alem.tm̄ specialē pōt sibi facere vnusq̄sq̄ populus.⁊ in hoc dicit princeps cōsentire.lꝫ etiā posset illam ignorare. Eadeꝫ ratione pōt sibi ꝯsuetudinē facere particularē ⁊ rationabileꝫ.qꝛ princeps nunq̄ vult facta rationabilia impedire sed potius approbare. Et quātuꝫ ad cōsuetudinē generalē vel particularē introducēdā credit Henricus p̄dictus q̄ sciētia p̄sumpta ⁊ tolerātia principis sufficiat inducēs glo. B.dix.di.iiij.§.leges.q̄ ꝯsuetudo rōnabilis prescribi pōt sine sciētia p̄ncipis.lꝫ Joā.⁊ Innocē.⁊ Hostien̄.⁊ Archid.contrarium videantur sentire.sed male dicit Henricus.⁊ primam opinionem magis approbat.

Titulus.xviij. De lege canonica.

¶Capꝫm vnicum in quo agitur de preceptis ecclesie.de rescriptis.de decretis.decretalibus epistolis.⁊ de auctoritate doctorum.



Ex humana dicitur ius positiuū scriptuꝫ. Nā si nō est scriptum di ꝯsuetudo.vt dictum est. Jpa aūt lex humana si nō est iusta q̄uis large dicat lex inquātuꝫ ab aliquo habēte auctoritatē cōstituit.ꝓpter qd̄ dicit Esa.x. Ueh qui cōdūt leges iniquas.nō tamē ꝓprie est lex.qꝛ nō ligat.i.nō obligat ad sui obseruantiā. Si auteꝫ iusta a deo inspirāte est.ꝑm illud Prouerb.viij. Per me reges regnāt ⁊ leguꝫ cōditores iusta decernūt.vnde lex dei dici pōt ⁊ custodiri et mediari dꝫ. Et sic potest exponi illud ps. Aia mea in manibus meis semꝑ ⁊ legem tuaꝫ nō sum oblitꝰ. Anima mea.i.ꝯsideratio ⁊ affectus aie in manibus.i.in opibus nr̄is dꝫ esse . vt.s.sint bona ipa opa deo grata. Et qꝛ opera tūc sunt bona

qn̄ sunt

